

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auctoritas et infallibilitas summorum pontificium - Cod. Ettenheim-Münster 97

Cartier, Gallus

[S.l.], 1732

Caput Secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-110772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110772)

ne eorumdem auctoritatem, sub finem, et si
suepse infelici, aliquantum restitueret
velle videretur.

Caput Secundum

Expenditur textus

Luca c. 22. v. 31. et 32.

1. Tria precipue ex S. Scriptura adducere
solent loca infalibilitatis Pontificia pro,
pugnatores, quibus sententiam suam
omnino firmari et declarari a se verant.

Atque 1^o quidem proferunt idem Christi
ad S. Petrum Luca 22. v. 31. et 32. "Simon
"Simon ecce Sathanas expetivit vos, ut
"cribraret sicut triticum, ego autem
"rogavi pro te, ut non deficiat fides tua
"et tu aliquando conversus confirma fra-
"tres tuos.

2^o. Ea quae leguntur
Matth. 16. v. 18 p. Ubi Christus
Petrae divinitatem ipsius profitenti ait:
"Beatus es Simon Bar-jona, quia caro
"et sanguis non revelavit tibi, sed Pater
"meus, qui in caelis est, et ego dico tibi,
"quia tu es Petrus, et super hanc petram
"aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi
"non prevalebunt adversus eam, et tibi
"dabo claves Regni caelorum p. 3^o

3^o adducunt idem Joannis ult. v. 17.
ubi Dominus ter Petrum interrogat
his

his verbis: Petre amas me? terque ipsi
oves suas committit dicens: Pase agnos
meos, pase Oves meas. Hisce texti-
 bus Christum S. Petro, illiusque Successoribus unicum Primatum, et cura omni-
 um totius Orbis Pasterum, etiam in-
 falibilitatem in fidei et morum qua-
 estionibus definiendis contulisse tuentur
 memorati Theologi.

2. Nos eorum expensivi argumenta
 consultum duximus, ne forte prolixitas
 verbis nostris confusionem afferret, Singu-
 lis, juxta textus singulos, Capitibus totam
 hanc rem definire. De ido textu
 igitur presenti Capite agemus, qui pri-
 mo loco a nobis relatus est. Ex
 quo hujusmodi conficiuntur argumentum:
 Illi censeari debent in definiendis fidei
 et morum questionibus infalibiles, pro
 quibus Christus, ne eorum fides deficie-
 ret, oravit, quosque jussit confirmare
 fratres suos. Atqui Christus pro Pe-
 tro et ejus Successoribus Romanis Ponti-
 ficibus oravit, ne eorum fides deficeret,
 jussitque eos, fratres suos confirmare.
 Ergo in fidei et morum questionibus
 definiendis sunt infalibiles.

Major propositio ab omnibus Ca-
 tholicis Theologis ultro extra controver-
 siam ponitur, melius quippe eo mentem
 abruat, ut aperere audeat, Christi
 orationem

Summorum Pontificum p. Stabilitate p. 25.
orationem non fuisse exauditam. Proin-
de manifestum est, quod, qui in fide
nunquam deficere possunt, eo ipso donum
infalibilitatis acceperint, atque quando
fidei et morum questiones definiunt,
fratres suos in ea infalibiliter confirma-
re valeant.

At de Minore litigant Gallicani
Theologi, eamque variis argumentis
impugnant; ut vel inde pateat, mu-
lta falsa esse uni vero contraria.

3. Laurus in eo est*, ut huius S. Scri^{pturae} part. 5. Epist.
textui, quemadmodum et alius duo, Ep. ad Hebr.,
bus, varias Patrum adaptet interpreta-
nes. 1^o dicit, orbe Christum ut Petrus
veram fidem nunquam amitteret, quan-
tumvis tentaretur à Diabolo, sed in ea,
et gratia Dei tum demum perseveraret.

2^o Ut Romana Ecclesia per Petrum
fundata à fide nunquam deficiat.

3^o Ut ipsa Sedes Petri, seu Apostolica Se-
des in fide firma semper sit. 4^o

Ut ipsa Universalis Ecclesia, vel etiam
Universale Concilium nunquam erret in
fide. Congestis dein multis Veterum
testimoniis, quibus has varias interpreta-
tiones Stabilitat, Bellasminum adortur,
atque inuolat violata regula Concilii
Tridentini de non interpretandis Scriptu-
ris, nisi secundum unanimum SS. Patrum
consensum.

4. Sed profectò ha omnes interpreta-
nes, prout ut rostram, quâ textum hunc
ad

ad Petri Successores extendimus eliminant,
 quin potius eandem mirum in modum
 stabiliunt. Prima quidem verissima
 est; non enim in Petro, aut ejus Successo-
 ribus excludit privilegium non errandi,
 cum ex Cathedra fidei questionem ali-
 quam definiunt; neque sinit idem
 in solo Petro, obest, ne etiam ad
 illius Successores pro recte gerendo supremi
 Pastoris officio transeat. Secunda
 et Tertia omnino sententiam nostram
 confirmant, prout jam Capite prece-
 denti manifestè demonstravimus, ubi
 inanem idam Sedem Apostolicam seu
 Romanam Ecclesiam inter, et in ea se-
 dentem Romanum Episcopum distinctio-
 nem explosimus. Et verò, cum
 innumera penè SS: Patrum testimonia
 declarent, ideo Sedem Apostolicam seu
 Romanam Ecclesiam in fide esse im-
 motam, quòd summus Pontifex sit
 specialiori modo illius Caput, à quo in-
 fallibilitatis privilegium in
 ejus membra, quatenus ipsi conjuncta sunt
 derivatur, liquido constat, quòd Ecle-
 sia Romana seu Sedes Apostolica suam
 in fide firmitatem suo Pontifici de-
 beat. Quarta etiam vera est,
 si nimirum intelligatur hæc universalis
 Ecclesia seu Concilii fidei certitudo à
 B. Petro tanquam à Capite ad cætera
 membra Ecclesiamque universalem defflu-
 ere; prout exposuit S. Leo, aliique
 SS: Patres

SS: Patres infra adducendi.

5. At vero, quod ex his variis interpre-
tationibus, quas veteres huic S. Scripturae
loco adaptarunt, nihil omnino pro in-
fallibilitate Summorum Pontificum
concludi possit dicit Launoius, atque
Bellarminum in eius violata Concilii
Tridentini regula, eo quod huic textui
sensum Romanis Pontificibus faventem,
nec tamen unanimi Patrum consensu au-
ptatum tribuat; utrobique velemen-
ter ipsemet faditur.

Nam 1. Si
nihil est argumentum idud, quod
ex aliquo Scripturae loco petitur, quando is
ab uno alterove Sancto Patre alio sensu
acceptus fuit; profecto nec ipse Lau-
noius quidquam unquam concludere poterit
ex tot S. Scripturae sententiis illis, quarum
ipse varias attulit veterum interpreta-
tiones. Et cum pauca sint S. Scriptu-
rae loca, quae SS: Patres varie interpre-
tati non sint, sequetur necessario, ex
innumeris, penè sacrorum paginarum
textibus nihil theologice concludi posse.

2. Varias quidem possunt adstrui
ejusdem S. Scripturae textus interpreta-
tiones, quin tamen sibi invicem contrarias
sint, aut una alteram excludat. Ut
enim docet S. Thomas*, "author principa-
lis S. Scripturae est Spiritus Sanctus, qui in
uno verbo intellexit multo plura, quam per
Expositores exponantur, vel discernantur."

Sanctus quoque Augustinus*, "Itaque
inquit: cum alius dixerit hoc sentit
"i. Moyses: /

* Quodlib. 7.
a. 14. ad 5.

* lib. 12.
Confess.
c. 31.

„1. Moyses: / quod ego: religiosius me arbitror
 „dicere, ut non utrumque potius, si utrum,
 „que verum est? Et si quid tertium, si
 „quid quartum, et si quid omnino aliud
 „verum quispiam in his verbis videt, ut
 „non omnia illa iudice credatur, per quem
 „unus Deus sacras litteras, vera et diver-
 „sa visuris multorum sensibus temperavit.

6. Ex his igitur abunde patet, quam
 incongrue et minus ad rem Laurorius
 Bellarminum auisset presumptate Con-
 cilio Tridentini regula. Hec Synodus
 equidem interpretationes Scripturae loco-
 rum, quae sint contra sensum, quem te-
 nent et tenet Ecclesia, aut contra unani-
 mem consensum SS: Patrum prohibet; at
 nusquam declarat, interpretationem aliam
 cuius textus S: Scripturae, eo ipso esse ideo
 legitimam, ac proinde reijciendam, quod
 non sit ex communi SS: Patrum ~~con-~~ con-
 sensu. Ut ergo licite et vere quis aliam
 quem sensum textibus Sacrae Scripturae tri-
 buere valeat, sufficit, si aliquorum Patrum
 auctoritate fulviatur, quem ceteri non
 impugnarint: Atqui nullus SS: Patrum
 proferri potest, qui sensum, quem ad-
 ducto textui Luc. 22. tribuit Bellarminus,
 reijciat, quin potius innumeri penes Ve-
 teres illum aperte confirmant, neque
 ea expositiones, quas texit Laurorius,
 eundem excludunt, sed, quod jam osten-
 dimus magis stabiliment.

7. Illusterrimus Meldensis Ius in
 addita

adducta Christi sententia distinguit; unum, ^{part. 2.} quod ad Petri ejusque Successorum officium ^{l. 15. c. 3.} pertineat; alterum, ad Christi ^{et seqq.} promissionem.

Id idorum officium dicit pertinere ista, Confirma fratres tuos.

Id promissionem vero Christi certam, Rogavi pro te ut non deficiat fides tua

fratres igitur confirmare jubentur Roma, ni Pontifices; non ea tamen ratione finit, ut ei officio nunquam defecturi sint, unde quod ea confirmandi voce, supremum et inclinabile judicium, eamque auctoritatem indicari, quã nulla major esse possit, dicantur; id falsum tute promittat: nam, Confirma, ait, hoc est, enitere, ut firmi sint.

8. Duo equidem privilegia S. Petro ejusque Successoribus hinc tribuisse Christum et nos agnoscimus. Primum, quod oraverit, ne idius fides deficiat. cum enim jam destinatus esset fundamentum, Pastor, Caputque totius Ecclesie, major idã cura à Christo impenditur, quia idius error et casus in doctrina fidei, omnium error et casus esset, nec, primã Cathedrã evante, alia major Cathedrã inveniretur, quã primam corrigeret. Secundum, ut fratres suos confirmet in fide, id est ut, tanquam Pontifex, nunquam contra fidem aliquis proferat; sive, ut in ipsius Sede nunquam inveniat, qui quidpiam

piam contra fidem doceat. Neque enim istud indefectibilitatis privilegium Christus Petro et illius Successoribus concessit pro se ipsis solis, ac in propriam tantummodo utilitatem; Sed pro bono commissi sibi gregis, totiusque Ecclesie, quod aperte induant illa verba: Confirma fratres tuos. Proinde manifestum sit, fore absurdum, si illos, quibus, ut Ecclesiam in fide confirmet, specialis cura à Christo demandata est, à fide cum Supremo Pastoris officio funguntur, defecturos diceremus. Ideo enim rogavit Christus, ut Petri atque Successorum fides nunquam deficiat, quò nempe in ea fratres suos indefectibiliter confirmare possint; conjunctio igitur et causam indicat, cur Christus pro Petro specialiter rogaverit, fidemque indeficientem exoraverit; Sicut, ut alios confirmaret.

* loc. cit.
pag. 332. b.

9. Imbellis ergo est paraphrasis illa, quam his Servatoris nostri verbis, Confirma fratres tuos apponit Meldensis, et qua vult, vocem hanc Confirma huius præisè nihil aliud significare, quam quantum in te est, eritere, ut firmi sint, non quòd ei officio nunquam defecturi sint Summi Pontifices. Equidem hanc suam interpretationem fulvior conatur ex illo Apostoli 1. Thesal. 3. 2. Misi Timotheum ad confirmandum vos. et

et Apocalyps. 3. v. 2. Esto vigilans, et
confirma cetera, quae peritura erant.

Adiditque, "ostendere Scripturas passim,
 "confirmare vacillantes animos, per omnia
 "Eclesiastica ministeria fuissem, quod
 "Petro ejusque Successoribus attributum,
 "id effuere quidem, ut pro ceteris ut
 "erga ceteros, atque etiam erga fratres
 "et Apostolos facere jubeantur: non autem
 "ut id certissime praestent. Haec Mel-
 densis; At ex dictis constat, ea hic non
 mereri locum.

Igitur capiantur
 alii Eclesiae Pastores à Sathana, quod Chri-
 stus praedixit. neque sit indefectibile
 eorum confirmandi fratres suos officium,
 quod nunc Illustrissimus noster, At in
 Petro idiusque Successoribus hujus rei
 disparem omnino intervenire rationem,
 quis non videt? Apud hos enim officium
 istud in certa infalibilitatis promissione
 divina fundatum dignoscitur, Egeroga
 vi pro te. p. non item apud illos. An
 non ipse Meldensis advertit, Christum
 prius Principi Apostolorum. Spondisse
 indefectibilitatem in fide, ac primum
 Deum officium Supremi Eclesiae Pastoris
 indicasse, dum ut fratres in ea confirma-
 ret, indefectibiliter utique, iussit. Cu-
 peret nempe Illustrissimus noster, ut in-
 telligeretur Christus prius Petrum iussisse,
 ut fratres suos confirmet, postmodum
 vero

verò ei tribuisse hujusmodi in fide inde
 factibilitatem, quæ non ad illius Sunita-
 rat Successores, Sed vel ad Eclesiam Uni-
 versam, vel ad Sedem Apostolicam, ex-
 cluso ipso in ea Sedente Romano Pontifi-
 fic. extenderetur, vel in solo Petro siste-
 retur. Sed quàm parum solida sint hæc,
 vel ipse sacer textus declarat, nosque
 mox demonstrabimus.

10. Ad hæc autem Christi verba: Ego
rogavi pro te ut non deficiat fides

* ut. loc. tua; Jam s; inquit Meldensis* ad pro-
 c. 4. p. 333 missionem ista pertinent, quæ quidem
 promissio multipliciter intelligi potest,
 pro multiplici persona Petri intellecta.
 Multiplicem adeoque hunc intellectum

* ibid. a. audiamus. Est enim s; pergit ide. s; pri-
 mum Petrus singularis homo, cui Christus,
 teste Augustino promiserit; ut haberet in
 fide liberrimam, fortissimam, invictissi-
 mam, perseverantissimam voluntatem.
 Quo sensu promissio solum Petrum spe-
 ctat, non autem Successores, quos in
 fide confirmatos nemo credo, nisi infir-
 missimus dixerit.

11. Sed mirum profectò videri debet,
 quòd Illustrissimus noster hæc Christi verba,
Confirma fratres tuos, Petri Successoribus
 ultro adaptet, ea autem, quæ mox idem
 Christus Dominus præmiserat; nempe, ro-
gavi pro te ut non deficiat fides tua;
 ab ipsis tute removeat, atque tam
 paucis

pauis verbis tantam rerum et persona-
rum mutationem fieri contendant; ut, cum
indefectibilitatem fidei promitteret Christus,
solum Petrum; at cum in ea fideles con-
firmare juberet, ipsius Successores, imo
omnes totius orbis Christiani Episcopo-
sit advenit. An non simpliciore
magisque naturalam sensum integro
huic textui. astruimus, quando dicitur,
quod quemadmodum Christus, cum Supremi
Pastoris officium designavit, Petri Successo-
res inclusit, ita et etiam eos intellexit,
quando indefectibilitatem in fide officio
isti ritè obeundo omnino necessariam
indiciavit.

iz. Ut ut Romanus Pontifex, quando,
velut privatus, more aliorum Doctorum
quidpiam protulit, non semper fuerit
in fide confirmatus; nihil tamen obest,
quin dicamus eum habuisse in fide liberi-
mam, fortissimam, invictissimam, necnon
perseverantissimam voluntatem, cum nempe
publici et universalis Ecclesie Pastoris
munere surgens, Ecclesiam ipsam circa
fidei questionem aliquam docuit.

Quod si, qui id asseruerunt, insipientissi-
mi dicendi sint; profectò insipientissima
erunt tot Concilia Oecumenica, insipien-
tissimi tot Sancti Romani Pontifices,
insipientissimi tot SS. Patres, omnisque
aetatis Theologi ac Doctores; imò ipsa
gallica Natio, Universitasque Parisien-
sis

sis infipientissima erit; quippe qui omnes, prout deinceps hujus Operis patebit, tam aperte hanc Summorum Pontificum inuictam fidei firmitatem testificati sunt. Solus ergo sibi sapiens sit Melvensis; non enim eò impudentia devenimus, ut iam idò hie tam arroganter sapere velimus.

13. Jam quòd promissum istud sit ad posteros transiturum si pergit D. Bossuetus ^{* ibid. p. 333. b.} ex alia duplici Petri persona pendet; Petrus enim pater personam suam, aliam personam gerit; nempe Ecclesie Univerſe; quòd ipsum ad ejus primatum pertinet..... Cum ergo Petro dicitur pro tua jus persona ratione, non deficiet fides tua, hoc nempe est, non deficiet Ecclesie fides, cujus tu figuram atque personam propter primatum geris, ac jubetur postea confirmare fratres, qui primatum imposito tantam personam induerunt.

14. Sed procul ut, quòd jam supra à nobis positum est, hanc rejiciamus expositionem, aut eivem vel minimum contradiciamus; quin potius per eam Summorum Pontificum in fide indefectibilitatem mirum in modum confirmari ~~possunt~~ censeamus. Enimvero, si, quòd Melvensis contendit, Ecclesie Univerſe ~~potestatem~~ gerere personam ad primatum Petri pertinet, profectò apertum fit, quòd Summi Pontifices, ad quos ex omnium Catholicorum

sententia idem primatus transmissus est, vi illius etiam personam Universae Ecclesiae gerant, eamque representent; adeoque, et per necessariam consequentiam, Suprema quaedam, ac intractabili in illam potestate ~~et auctoritate~~, aut saltem eadem ac pari cum ipsa Ecclesia auctoritate polleant; et cum ea praecipue sit Ecclesiae auctoritas, ut in fide indefectibilis ultro agnoscat, oportet sane, ut qui eam totam representare dicuntur, etiam indefectibiles sint, quando videlicet ei quidpiam circa fidem erident, dum proponunt. absurdum quippe foret, privilegium istud Communitati tribuere, et ab illo interim remove, qui eam representat, illiusque personam gerit. Et sane, quia Concilia, praecipue autem Constantiense, ut ostenderent, se totius Ecclesiae auctoritate polleere, clarius id exprimere se non posse arbitrato sunt, quam si asserent, se universam representare Ecclesiam; oppidò Lepidum inire videtur consilium, qui à Summis Pontificibus eandem auctoritatem removendam contendit, dum interim ultro agnosuit, eosdem totius Ecclesiae personam gerere, atque eam representare, et quidem praestantiori modo, quam ipsa Concilia; haec enim Ecclesiam ut membra duntaxat representant, Pontifices vero ut Caput. ^{is.} Petrus inquit ulterius Melvensis ^{* ibid. b.} intelligi potest Strictiori significatione, "ut

»ut qui non modo Ecclesia Univerſa per
 »ſonam ſuſceperit, ſed ſucceſſores in prima
 »tu ſuos, eorumque cura commiſſam
 »peculiarem Eccleſiam, Romanam ſcilicet,
 »ſingulari titulo reſentet. Quo etiam
 »ſenſu merito Petro dicitur, non deficiet
 »fides tua: cum nunquam futurum fit,
 »ut Petri ſucceſſores, eorumque univerſa
 »ſa ſeries, atque ſucceſſio, ſedesque, cui
 »preſint, atque Eccleſia, quam docendam
 »et regendam ſuſceperint, à vera fide
 »evellantur.

10. Igitur ultro fatente Illuſtriſſimo
 noſtro, Petrus hoc loco ſuos in primatu
 ſucceſſores ſingulari titulo reſentabat;
 ergo et pro iſis Chriſtus oravit, ne unquam
 eorum fides deficeret. Ita planè
 Melſenſi noſtro videtur: »Nunquam
 »enim futurum eſt; inquit; »ut Pe-
 »tri ſucceſſores, eorumque univerſa ſeries
 »atque ſucceſſio, imò, quod magis ad
 »huc eſt, »iſſa ſedes ſeu Eccleſia parti-
 »cularis, cui preſint, quam docendam et re-
 »gendam ſuſceperint, à vera fide evellan-
 »tur. Id iſſum et nos, nec aliud tue-
 »mur. Unde grates, quas poſſumus, ma-
 »ximas Illuſtriſſimo noſtro reſendimus, quòd,
 »ſi fermè ſemper inelementer admodum
 »nos habeat, huc tamen depoſita tantis per
 »indignatione, ad noſtras iſſe partes aue-
 »dere videatur. Nec reſert, quòd ſub
 »ſequentibus Capitibus, et alibi paſſim
 »Eccleſiam

Eclesiam Romanam, seu Sedem Apostoli-
cam ab ipso Romano Episcopo contradistin-
quat; id enim ipsius opinioni potius
obesse, quam prodesse, jam priori Capite
ostendimus.

17. Turnelius parum sollicitus, quid alii
commemorant, totus hic in eo esse vide-
tur, ut contra Bellarminum evincat, ad-
ductum sacre Scripturae textum ad solam Be-
ati personam, vel etiam ad Eclesiam Uni-
versam referri debere; non vero ad Roma-
nos Pontifices.

Quamquam non hic nobis sit consilium
duntaxat, Bellarmini, vel alterius infalli-
bilitatis Pontificiae Apertoris Apologias
videndi; opera tamen pretium fore du-
ximus, ea, quae hic Turnelius Bellarmi-
no respondet, expendere, ut vel inde pateat,
non tam levia esse hujus Cardinalis Argu-
menta, quam Turnelius ipse venditot, hunc
que Doctorem Sorbonicum, quo super Bellar-
minum redarguit, vix quispian profere,
quod proximam petitionem non redoleat.

18. Ea igitur ratione telam orditur
Sorbonicus noster, ut isthac generatione * De Ecles.
argumento Bellarmini Sententiam a se ^{to. 2. q. 15.}
oppugnatam censet; quod nempe, quia ^{a. 3. p. 201.}
S. Patres alique Tractatores Eclesiastici
hanc Scripturae Sententiam salva hinc
et inde veritate fidei, in varios sensus
exponant, firmum et invictum pro
uno

Autoritas et Infalibilitas
 uno sensu, aliis exclusis, erui argumen-
 tum non possit, sed sua uniuersae sen-
 tentiae permittenda sit libertas, prout etiam
 Bellarminus ex adductis Christi verbis,
Ego rogavi pro te p. firmum huiusmodi
et inuictum in confirmationem suae opi-
nionis argumentum deducere non queat.
 Haec Turnelius.

A
 * ibid.
 a. j.
 19. Verum non advertit, se hoc suo argu-
 mento uellicare idos S. Scripturae textus,
 quos ipse alibi protulerat, pro inuicta
 astuendo tum honoris tum iurisdictionis
 primatu Petri et eius Successorum. Cum
 enim has Christi sententias Tu es Petrus,
base oves meas p. S. Patres aliquae Fra-
tratores Ecclesiastici varie interdum ap-
plicant, neque semper ad Petrum ejusque
Successores referant; inuictum sane pro
horum primatus sensu, aliis exclusis, ar-
gumentum ex illis deduci non poterit, con-
tra quam ipse Turnelius ac omnes Ortho-
doxi sentiant.

20. At forte, regetur aliquis; Petrum
 habuisse Primatum in Ecclesia, qui dein
 ad Successores transmissus sit, id fideli-
 rem esse, ut pote quod dudum jam ab
 Ecclesia ipsa definitum fuerit, de quo
 proinde, salua religione, disputare am-
 plius non liceat.

Id eundem s. quamvis in toto proten-
 ti Pauli Richeris, et forte postmodum
 ipsi Launojo aliisque Gabilanis Theologis
 non omnino ita dubium fuerit, pro Catho-
 licis fuit duntaxat, non vero pro Schisma-
 ticiis

Summorum Pontificum stabilitate 39
tius et Atholius. Sufficere ergo
debet Turnelio, quod hoc Christi Sententia,
Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua.
a Conciliis Oecumenicis, SS. Patribus aliisque
tractatoribus Ecclesiasticis ad probandam ^{quod adhibita}
et declarandam Summorum Pontificum ^{fuerit}
infalibilitatem in fidei et morum qua-
stionibus definiendis; in quorum testi-
monio, prout ipsemet fatetur*, difficile * loc. cit.
est, non recognoscere Apostolicam Sedis certam ^{a. 3. p. 134.}
et infalibilem auctoritatem. Et quia pro-
inde cum à Sorbonico nostro aliisque Gadi-
canis Theologis mudatim eludi possint,
invidium sane pro dita Romanorum Ponti-
ficum infalibilitate argumentum submi-
nistrare debent, saltem iis, quos nulla par-
tium studia tenent, nulla propria commo-
ditatis oblectamenta, nullaque Regia Edicta
prospiciunt, ne nostram amplectantur Senten-
tiam.

Deinde, ut Turnelii argumentum
quidpiam evinceret, oporteret certe, ut
eo demonstraretur, quod illa varia inter-
pretationes, quas Veteres huic Christi Senten-
tiae tribuunt, eadem, quam eidem Bellar-
minus cum plurimis Conciliis et Patribus
adhibet, destruant. At procul, ut id
praesent, quin potius eadem omnino confir-
mant, prout supra jam ostendimus.
Neque mirum videri debet, quod SS. Patres
nonnunquam paulò aliter hunc S. Scripturae
locum exponere videantur, id enim ab ipsis
pro

pro varia argumenti, quod interdum tractant, temporumque ac personarum ratione factum est. At vix, imò ne vix quidem demonstrabit Turnelius, quod S. Patres, aliique Tractatores Ecclesiastici memoratam Christi Sententiam S. Petri Successoribus non adaptaverint, quando videlicet de Suprema et infallibili Romanorum Pontificum seu Sedis Apostolicæ auctoritate agentes, eam usurpavere.

21. Laborat proin supposito Regius et Emeritus Professor noster, cum ait, Bellarminum adductam Christi Sententiam uni sensui, aliis exclusis, adaptare. Cum enim probet nosset Cardinalis iste, sensus illos, cum quæ huius textui apponit, non excludere, sed potius confirmare; procul absuit, ut eos, dem excluderet ipse. Hic quondam dum taxat Parisienses perstringit, qui exclusis aliis sensibus, tuebantur, Christum pro sola Ecclesia orasse: ait quippe, "Veram esse expositionem idam, qua dicitur Christus orasse pro Ecclesia, quatenus per Petrum representata, et ejus fides nunquam deficiat, eo videlicet sensu, ut dicatur immemorate Christus orasse pro Capite Ecclesie, et consequenter pro toto Corpore, quod per Caput representatur. Adeo ut Turnelii Argumentum potius Parisienses suos feriat, quam ipsum Bellarminum.

22. Ceterum ultro Turnelio assentimus, qui censet, hoc loco uniusque sentiendi libertatem esse relinquendam. Neque eos probamus,

Summorum Pontificum stabilitate 41
 mus, qui invidiosam Heresis notam idis
 invere presumunt, qui nostra sententia
 manus dare remittunt. Apud Germanos,
 quamvis ipsi minime dubitent, quin, si haec
 questio in quadam Oecumenica Synodo quon-
 dam definienda proponeretur in Summo
 Pontificum favorem definitio cederet;
 quisque tamen eam, quam mavult, sen-
 tentiam libere amplectitur. Nos ipsi olim
 Parisiensem sequebamur opinionem; à
 qua melius nos revocavit Superioris alicuius
 jus imperium, aut commodi cuiusdam
 temporalis oblectamentum, sed sola, quod
 nobis videtur, veritas. At in Gallia
 res paulò aliter se habent: nam enim
 Theologi ibidem ad nostras partes libere
 accedant, obstant imprimis Regia Edicta,
 imò, quod ad nos nuper inde scripsit amicus,
 velut quaedam Inquisitionis species ad in-
 fallibilitatem Pontificiam proscribendam
 ibidem instituta videtur. Je ne doute pas,
 qu'en France, quoique l'on soit fort oppo-
 sé à l'infaillibilité, l'on ne soit fauché
 d'avoir voulu établir une espèce d'inqui-
 sition pour la propre*.

Turnelius, » A Declaratione p. inquit. » (Cen ad nos edita
 21 feb. 1733.

» Galicani recedere nobis non permittitur. ** loc. cit.
 Berperam igitur hoc loco sentiendi libertatem deprecatur, quam nec ipse, nec sui Pa-
 risienses habeant. q. s. a. j. pag. 134.

23. Post impugnatum tam magnifico, ut
 ipsi videtur, generali argumento Bellar-
 minum,

minum, ad particularia deflectit Sorboni-
cus noster, atque velut levia explodit, quae
memoratus Bellarminus responsi loco oppo-
suerat Doctoribus Parisiensibus idis, solam
huc intelligi oportere Ecclesiam operentibus.

Dixerat ergo Bellarminus 1.º, quod
"Dominus unam tantum personam designa-
"rit dicens bis: Simon Simon, et addens, pro-
"te, fides tua, et tu, fratres tuos. ut
"videlicet intelligatur aliquid speciale Be-
"tro fuisse à Christo impetratum.

* loc. cit.
pag. 203.

At respondet Turnelius*, hoc loco desi-
gnari simul et Petrum nomine proprio et
singulari tanquam Caput Ecclesiae, et eam
representans, et ipsam Ecclesiam universalem
fidem, nunquam defecturam, quam Petrus
publice confessus fuerat; ut sensus iste
sit: "Ego rogavi, ut fides, quam tu pri-
"mum confessus es, nunquam in Ecclesia
"deficiat.

24. Quod si igitur huc Petro, tanquam
Ecclesiae Capiti, eamque representanti, pro-
missa est à Christo, infallibilitas in fide,
quid obicit, quo minus et ea simul suscep-
tibus ipsius promissa dicatur? Enimvero
et ad illos istud Ecclesiae Capitis privilegium
pertransisse omnes fatentur, ratione cuius
merito Ecclesiam universalem representare
dicuntur; ac proinde, quod ideo Ecclesia
universalis fides nunquam sit defectura,
quod eadem semper esse debent cum Sedis
Apostolicae fide. Quibus autem
Veterum tabulis sensum, quem huic Sacra
Scriptura

Scriptura loco tribuit Turnelius, ipse pro-
bet, frustra quaeris; sufficit tunc Ene-
rito Professori; cum sibi talem effundisse,
que opinioni sua magis accommodatum
arbitratus sit. Insuper falso suppo-
nit, tunc primum Petrum fidem divi-
nitatis Christi confessum esse; promissio
quippe haec indefectibilitatis in fide, ipsi
à Christo facta fuit in ipso conuulo pri-
die videlicet ante passionem ipsius serua-
toris nostri; Divinitatem autem ipsius Be-
trus longe ante in Galilea jam confessus
fuerat.

25. Dixerat 2^o. Bedasminus "Christum,
cum initio in plurali loqui coepisset; Sa-
than expetivit vos, ut cribraret sicut tri-
tium, mox dein loquendi formulam mu-
tasse: Ego autem rogavi pro te p. Si enim
pro tota Ecclesia locutus fuisset, rectius
dixisset; Rogavi pro vobis.

"Quia Petrus p. respondet Turnelius; * ibi.
"tanquam Caput Apostolici Collegii Uni-
versam Ecclesiam representabat, unde
"singulari nomine designatus à Christo fuit,
"tametsi fidei nunquam defectura privi-
"legium et universale fuerit pro tota
"Ecclesia, et personale pro Petro ad poste-
"ros tamen seu Successores ejus non transmi-
"tendum.

26. Sed haec nullatenus dubium solvere
videntur, manetque, textui magis con-
gruum esse, si dicatur Christus, cum in
plurali

plurali locutus est, Apostolos, qui omnium
 Ecclesie Pastorum figuram gerebant, Idem
 signasse; cum vero in singulari, Petrum,
 qui praecipue Successores suos representabat,
 indicasse, quam si adstruatur vana qua-
 dam totius Ecclesie realitas, qua persona
 Petri tum infusa fuerit. Ceterum
 Turnelii responsio non nisi mera principii
 petitio esse videtur; nam hoc ipsum con-
 trovertitur, num videlicet fidei munus,
 quam defectura privilegium in S. Petro
 personale fuerit, an non simul etiam ad
 suos Successores transmissum? hoc ultimum
 cum tota retro antiquitate aperit Bellar-
 minus, negat vero Turnelius, nulla ratio-
 ne, nulla auctoritate fultus, nisi forte
 Conventus Cleri gallicani an. 1682. et quo-
 rumdam neotericorum Theologorum.

27. Dixerat 30. Bellarminus, "Dominum
 pro illo orasse, cui ait; Et tu aliquando
conversus. id autem sane non posse totam
 Ecclesiam convertere, nisi dicamus, totam
 Ecclesiam esse pervertendam, ut postea
 iterum convertatur.

* *ibid.*

Respondet Turnelius*, "Nec haec
 ipsa verba, Et tu aliquando conversus in
 Ecclesiam Romanam aut Sedem Aposto-
 licam inflecti posse, nisi pariter dicatur
 aliquando esse pervertenda, ut postea
 resurgat; cum tamen inerrantia pri-
 vilegium in Ecclesia Romana seu Sede
 Apostolica agnoscat Bellarminus l. q. de R. l. ex
 Equidem

28. Equidem haec Journelii responsio ut,
unquam locum habere posset, si ab his Christi
verbis, Et tu aliquando conversus p. Roma,
ne Ecclesia infalibilitatem repeteret Bel-
larminus. * At ubi eadem Ecclesia in, ^{ut. l. q.}
falibilitatem aperit, nec verbum de, ^{c. q. de}
ista sententia comminifitur, verum ali,
unde eam repetit ab auctoritate videlicet
et SS. Patrum, et Romanorum Pontifi-
cum. Alia ergo Journelio conquirenda
erit responsio, quam ipse Bellarmini
argumento opponat.

29. Argutus, nostro quidem iudicio, respon-
disset Sorbonicus noster, si objectionem
suam ad ipsos Romanos Pontifices infle-
xisset; sequi videlicet, eos etiam ali-
quando pervertendos esse, ut postea resur-
gant. at forte ne id faceret, deterruit
Bellarmini responsio.

Huius enim objectioni ita ipse satisfacit:
1.º non esse absurdum, si dicamus illum
conversus non referri ad poenitentiam Be-
tri, sed ad tentationes aliorum, ut non sit
sensus; tu à peccato ad poenitentiam con-
versus, confirma fratres; Sed tu, cuius
fides non potest deficere, quando videris
aliquos nutantes, et vacillantes, ad eos con-
versus, idos confirma. Nam nondum præ-
dixerat Petro casum suum, sed paulo post
predicturus erat: videtur autem absurdum,
si prius predicatur conversio quam accessio;
resurrectio, quam casus. 2.º si expo-
namus conversus a negatione, non necesse
est

»iò convenit Sucepioribus Petri converti à
 »peccato negandi, àm necessario tamen
 »conveniat eis confirmare fratres. Nam
 »converti à peccato non convenit homini-
 »bus, nisi quatenus privata persona sunt,
 »et ideo personale donum est: at confirma-
 »re fratres convenit homini, ut Caput est,
 »et Princeps aliorum, et ideo transit ad
 »Sucepores. Hæc Bellarminus ad objectio-
 nem, quam fortè fecisset Turnelius, si
 quod Cardinalis hujus responsioni regere-
 ret, invenire quidpiam potuisset. Ma-
 luit ergo rem in Romanam Ecclesiam in-
 flectere, quamvis Sucepsu infelici. Ma-
 net ergo Bellarmini argumentum; et,
 quovunque demum sensu hæc Christi ver-
 ba, Et tu aliquando conversus. Summan-
 tur, patet tamen, ea ad universam Ecle-
 siam, quam tunc idem Servator noster
 sit adovitus, inflecti nulla ratione posse.

30. Dixerat q. Bellarminus, »pro idò
 »rogare Christum, cui ait: Confirma fra-
 »tres tuos. Ecclesiam autem non habere
 »fratres, quos debeat aut possit confirma-
 »re. qui enim fingi possunt Ecclesia
 »universalis fratres? ~~nonne omnes fideles~~
 »filii ejus sunt?

* ibid.

pag. 203.

»Id non urget; inquit Turnelius.
 »Namque Ecclesia nomine huius intelligimus
 »pastores seu superiores, qui Ecclesia præsi-
 »dent: quo sensu Matth. 18. de fraterna
 »correctione Christus dixit v. 15. 16. et 17.
 »Si peccaverit in te frater tuus, vade et
 »corripe

"Corripe eum inter te et ipsum solum. Si te
 "non audierit, adhibe tecum adhuc unum
 "vel duos.... Quod si non audierit eos, dic
 "Eulefia; hoc est, Eulefia Brælati, ad
 "quos pertinet et lapsos corrigere, et stantes
 "ne cadant, confirmare.

31. Sed, quod pax tanti viri dixerim, hæc
 ipsius responsio non videtur sufficienter sol-
 vere Bellarmini argumentum. Non alia
 namque ratione Universalis Eulefia no-
 mine venire possunt Pastores seu Super-
 iores, qui ipsi Eulefia præsent, quam
 si collectivè et conjunctim sumantur; sic
 quippe Eulefiam universalem, quam Chri-
 stum hic fuisse ab eorum contendit cum
 suis Parisiensibus Turnelius, representa-
 re duntaxat dicuntur. At quia ipsa
 Eulefia Universalis, qua omnium fidelium
 mater est, fratres non habet, quos confir-
 met, sed filios duntaxat; satis aptè dici
 non poterunt Eulefia ipsius Pastores con-
 junctim et collectivè sumpti habere fratres,
 quos confirmet, sed filios duntaxat: Sic
 enim, ut jam à nobis dictum, Eulefiam
 universalem representant, efficiuntque
 unum mysticum Corpus, cui nullatenus
 fratris nomenclatura potest convenire, ut
 patet.

Hanc nostram responsionem confir-
 mare videtur adductus à Turnelio ipso
 textus Scripturae de fraterna correptione,
 * Si peccaverit in te frater tuus..... Quod * Matth. 18.
 Si non audierit dic Eulefia; id est, ut inquit
 ipse.

ipse Turnelius Ecclesia Palatis, qui hic
 Lane non fratrum Sed Patrum ac Pasto-
 rum loco censendi sunt. Manet ergo
 Bellarmini argumentum, hoc videlicet
 Christi verba ad Eclesiam Universalem,
 seu omnes Eclesia Pastores eam representan-
 tes trahi non posse, Sed ad solum Petrum
 ejusque Successores Romanos Pontifices re-
 ferri debere, ut pote quorum est, fratres
 suos, ceteros Episcopos in fide confirmare.

32. Dixerat ergo Bellarminus adversus
 Theologos illos, qui docebant, Dominum
 orasse huius loco pro perseverantia solius Pe-
 tri in gratia Dei usque ad finem, "quod
 Dominus oraverit paulo post pro perseveran-
 tia omnium Apostolorum, immo etiam
 omnium electorum Joan. 17. Pater Sancte
serva eos in nomine tuo, quos dedisti mi-
hi. Non erat igitur ratio, ut bis oraret
 pro perseverantia Petri.

* *ibid.* pag. 204. *At* distud apud Turnelium* vim non
 habet, "quia sicut inquit, eandem omnino gra-
 tiam socius sicut ut majorem ejus necessita-
 tem demonstraret, Christus postulavit.

33. Sed ubi Christus eandem socius
 gratiam postulavit, non indicat Turne-
 lius; unde huius loci non satis fidens re-
 sponsioni aliam addit, aitque, "prior ora-
 tione nempe Joan. 17. Christum impe-
 trasse perseverantiam in caritate, ac
 firmam suorum inter se concordiam. ser-
va eos, ut sint unum sicut et nos Joan.
17. v. 21.

Verum

Verum quia Theologi illi, quos hic impugnat Bellarminus, per perseverantiam in gratia Dei, alium non intelligunt, quam perseverantiam in charitate, quam necessario sequatur firma cum proximo concordia; manebit sane huius Cardinalis adversus istos argumentum; sequi nempe, Christum bis pro Petri perseverantia in gratia Dei, vel, si mavis, in charitate orasse, cuius tamen ratio nulla apparebat; adeoque Turnelii responsio non satis apte hic posita videtur.

34. Dixerat S. Bellarminus contra eordem; "quod sine dubio hic Dominus aliquid speciale Petro impetruit, ut patet ex designatione ~~est~~ certa persona: perseverantia autem in gratia, sit donum commune omnium electorum.

Respondet Turnelius*, "idem species" ^{* ibid. pag. 207.}
"le in Petro fuisse, quod à peccato trinae negationis statim resipuerit singulari Dei gratia.

35. Ergo iuxta Turnelium horum Christi verborum: Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua p. iste erit sensus: Ego rogavi pro te, ut à peccato trinae negationis statim resipiscas. At quis dicet hanc esse geminam huius Scripturae textus expositionem? Et vero quamvis Christus hac sua oratione nihil aliud Petro diceretur impetrasse præter resipiscentiam ipsius à trina negationis peccato; quis tamen non videt resipiscentiam

à quovunque peccato non esse speciale donum, sed omnibus electis aliquando lapsis communis; et forte, atque etiam in Turnelii hypothesis, iis magis speciale, qui post innumera peccata resipiscunt.

36. Dixerat 7.º Bellarminus, "certum esse, Dominum saltem mediate hoc loco etiam pro aliis Apostolis orasse. Nam ideo præmisit tanquam orationis causam: Sathan expetivit vos, ut eribraret vos. Et postea subiunxit tanquam effectum; confirma fratres tuos. Non igitur pro sola Petri perseverantia Dominus rogavit, sed pro aliquo dono Petro communicando in aliorum utilitatem.

* ibid
pag. 208.

Respondet Turnelius, "Dominum per reverentiam, pro quo rogavit Christus, commune fuisse Petro et omnibus aliis Apostolis; nec quantum ad hoc quidquam speciale accepisse Petrum. In hoc uno elucere ejus primatus prerogativam, utato in loco, quod cum pro omnibus reverentiam Apostolis Christus rogaverit, uni tamen Petro dixerit, Rogavi pro te: quia nempe in eo tanquam Capite ceteri continebantur. Ita S. Leo mox citatus, et S. Augustinus pluribus in locis.

37. Sed hæc responsio, quod præc. ipsius Turnelii dixerim, omnino non est ad rem, atque ad sophisma idem refertur, quod Dialectici ignorationem elenchi muniant. Agit hic Bellarminus contra Parisienses Theologos quosdam, qui

qui contendebant, Christum hoc loco pro
sola Petri perseverantia orasse, ut jam
diximus. Negat id Bellarminus, ait,
que, Dominum rogasse saltem mediate
pro ceteris Apostolis, at immediate pro
Petro, atque insuper pro aliquo alio pro-
ter perseverantiam dono ipsi communi-
cando in utilitatem aliorum; ut vide-
licet fratres suos in fide confirmaret:
confirma fratres tuos. qua verba ad
designandum orationis effectum à Chri-
sto posita contendit. Tournelius,
qui ut aptè Bellarmini argumentum re-
ponderet, probare debuisset, Christum
citato loco pro sola Petri perseverantia
orasse; neglecto hujus Cardinalis argu-
mento, ad ceteros Apostolos questionem
inflectit, aitque, Donum perseveran-
tie, pro quo rogavit Christus, commune
fuisse Petro, et omnibus aliis Apostolis;
quia de re certè hinc Bellarmino non
erat sermo.

At quòd si hujus Christi orationis
nihil speciale accepit Petrus, id quidem
aperit Tournelius, verum non probat:
profectò contrarium vel ipsa Christi verba
deklarant. Ibi enim solum Petrum
addressatur, atque cum dixisset; Eccè
Sathanas expetivit vos, ut cribret sicut
tritium; statim subjungit: Ego autem
rogavi pro te, ut non deficiat fides tua;
non dixit; Rogavi pro vobis, sed, pro te.
Ergo patet, Dominum hinc orasse. Specia-
liter

liter, ac pro speciali dono Petro in aliorum
utilitatem communicando?

38. Certè S. Leo, cujus testimonium paulo
ante adduxerat Turnelius, hucque re-
peti vult, omninò pro Bellarmini sen-
tentia facit, prout inferius demonstra-

* huius n. 70. Cimus.
et 74.

Sanctus verò Augustinus pluribus lo-
cis idis, quæ non indicat Turnelius, nihil
loquitur, quod Bellarmini sententia ob-
sit. Ultrò enim fatetur Cardinalis iste,
Christum huius saltem mediata pro omni-
bus orasse, quatenus nempe in Petro
velut totius Ecclesie Capite continebatur,
et à cuius fidei indefectibilitate ipso-
rum quoque firmitas penderet.

39. Ceterum miramur, quod Turnelius
in hac Christi sententia modo Petri pri-
matum agnoscat, quem tamen in ea non
viderit, cum de illo ex instituto ageret.
Hæc nempe humane mentis conditio est,
quod, cum aliunde artis sit circumferi-
pta limitibus, interdum præiudiciis adeo
obfuscat, ut ea soepius non pervideat,
quæ postmodum vel innotitant, si ita
loqui fas est, agnoscat.

* tom. 2.
q. 5. a. 1.
et 2.

Ergo huius, juxta Turnelium, eluet
primatus Petri, in quo tanquam Capite
ceteri continentur. Pro huius ergo ut
ceteros complectentis ac representantis
indefectibilitate fidei rogavit, qui dixit:
Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.
Cum autem certum sit, hæc primatus pro-
rogativam ad Petri Successores transmissam
quoque

quoque fuisse; etiam fateri necessum est,
in ipsis tanquam capitibus ceteros quoque
contineri. Igitur et hi Petri Successores
velut Ecclesie totius capita ac fideles
ceteros representantes erunt in fide in-
defectibiles; prout superius jam exposui-
mus.

40. Dixerat 8^o. Bellarminus; "Donum
" hoc loco Petro impetratum etiam ad Suc-
"cessores pertinere. Nam Christus oravit
" pro Petro in utilitatem Ecclesie: Ecclesia
" autem semper indiget aliquo, a quo con-
" firmetur, cuius fides deficere non possit.
" Nec enim Diabolus petuit tantum cribra-
" re eos, qui tunc erant fideles, sed omnes
" omnino: Non autem donum hoc im-
" petratum ad Successores pertineret, si pro
" perseverantia dono Christus rogasset, hæc
" enim omnibus Petri Successoribus non ne-
" cessario inest. Denique non dixit Do-
" minus; Proxavi ut non deficiat Charitas
" tua, sed fides tua: et re ipsa sumus
" defuisse Petri Charitatem et Gratiam,
" quando negavit Dominum; fidem au-
" tem unquam defuisse non sumus.

Vides, Bellarminum huc demum im-
pugnare Parisienses Theologos illos, qui
contendebant, Christum hoc loco pro sola
perseverantia Petri in gratia et charitate
orasse. Id calidè dissimulat Turne-
lius, aliòque inflectens sermonem ait: * ibid.
" Donum idem perseverantia, quod Christus pag. 208.
" singulari oratione Petro impetravit, ma-
" xime

»ximè fuisse in utilitatem Ecclesie: tum
 »ut inde intelligeret, continuis orationibus
 »magnum idem donum à Deo efflagitandum
 »esse: tum ut ipse Petrus ad se reversus per
 »sinceram poenitentiam, ceteros Apostolos
 »in fide confirmaret, edoctus propria sua
 »infirmitatis experientia, nihil esse con-
 »fidentius de suis propriis viribus presu-
 »mendum; Sed in una Christi gratia spem
 »omnem salutis esse collocandam.

41. Sed hæc omnia Bellarmini argu-
 mentum minimè evanant. Cum enim
 Sathanas continuo petat vibrare omnes
 omnino fideles, adeoque Ecclesia semper
 aliquo indigeat, à quo confirmetur, et cuius
 Fides deficere non possit; quis non videt
 donum hoc Petro impetratum à Successo-
 res etiam pertinere, eamque etiam ex hæc
 Christi oratione utilitatem Ecclesie obveni-
 re, ut videlicet semper in fide à Petri Suc-
 cessoribus indefectibiliter confirmetur?

Hæc totum Bellarmini argumentum
 continetur, quæ intacta relinquit Turra-
 lius; Sufficitque ipsi dixisse, quod ex hæc
 Christi oratione intelligat Ecclesia, donum
 perseverantia continuis precibus à Deo esse
 efflagitandum, nec de propriis viribus con-
 fidentius presumendum. Nos tamen
 arbitramur, id potius ex Petri lapsu Ec-
 clesiam intelligere posse, quam ex illa Christi
 oratione.

Et certè innumera prope
 alia nobis suppetunt 3. Scripturæ loca, quæ
 longe clarius insinuant, continuis precibus
 perseverantia donum à Deo esse efflagi-
 tandum

tandum, nec confidentius de propriis viri-
bus praesumendum, quam haec Christi ora-
tio. Ipseque Petrus potius ex suo lapsu
propriam infirmitatem, atque in una
Christi gratia spem omnem salutis esse
colocandam edocuitur videtur; quum ex
adventis Christi verbis, ut potest quibus in
magnam fiduciam erigebatur nunquam
amittendi fidem.

Eius sensu Vene-
rabilis Beda, quem huc minime apte pro
lo adducit Turnelius, haec verba, confir-
ma fratres tuos, exponit. "Sicut ipse ^{in cap. 22.}
quit: "tuam fidem, ne Sathana tentan- ^{Luc. to. 4.}
te deficiat, orando protegi; ita et tu in ^{num. 60.}
firmiores quosque fratres exemplo tua ^{apud Turn.}
poenitentiae, ne de venia forte deficiant, ^{loc. cit.}
erigere et confortare memento.

42. Sed quamvis demum paraphra-
sim huic Christi sententiae apponat Tur-
nelius; negare tamen non poterit, illam
ea ratione ad Petri Successores referri, quod
eorum officium sit, ut quemadmodum

Petrus, Apostolos, ceterosque, qui tunc erant,
fideles, ita ipsi in fide omnes fideles con-
sument. Et vero quomodo in om-
nino prestare possent, nisi, sicut Petrus,
ita et ipsi in fide indefectibiles censerentur.
"Qua enim ratione, si inquit Domi-
nus Charlas.?" alios possent confirmare, qui ^{trait. de}
ipsi titubarent? vel potius quomodo possent ^{libert. Publ.}
labentes sustinere, aut lapsos erigere, si ^{gab. l. 4. c. 2.}
ipsi non solum per haeresim jam corruissent,
sed etiam alios per propositionem haeretici
Dogmatis

56 *Auctoritas et Infalibilitas*
» Dogmatis, publicè toti Ecclesie factam
» ad casum impedire possent? Necepe
» est ut firmiter stent, quorum officium
» est, aliorum impedire casum, aut ruinam
» reparare: eos, qui duces aliorum con-
» stituuntur, oculis valere oportet; alioquin
» illorum involuntati non consulitur, sed
» utriusque ad foveam mittuntur: praesertim
» dum non est alius, qui à recto tramite de-
» viantes moneat.

43. Sed occurrit Turnelius, ac "Neque
* loc. cit. pag. 209. " est, quod dicas si inquit. " Si forte erraret
Pontifex, in fide definienda, periculum
fore, ne error ipsius totam inficeret Ecclesiam.
» Vanus profecto timor, à quo nos tutos et
» seuros facit ista Christi promissio, Adver-
» sus eam porta inferi non prevalebunt. Vo-
» bisum sum omnibus diebus. Si ergo con-
» tingeret si quod absit: Pontificem toti Eccle-
» siae errorem proponere, certo certius Eccl-
» sia nusquam errori consentiret, imò statim
» et absque mora reclamaret, Pontifici re-
» sisteret, eumque ad sanam fidem revo-
» caret.

44. Equidem certum est, adversus Eccle-
siam inferi portus nunquam prevalebitur,
» ras, neque futurum unquam, ut ipsa quae
» piam aucta à Christo et ab Apostolis
» fidei contrarium credat. Sed unde ibi
» haec fidei firmitas, nisi quod sit aedificata
» super idum, cui Christus dixit, Tues Petrus
» et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam,
» meam.

meam. Cum ergo hac petra seu fundamenti
Eclesia prerogativa, ex omnium Catholicorum
 sententia ad Petri Successores pertransi-
 erit; quis non videt, idcirco aduersus Eclesiam
 inferi portas nunquam prevalituras, quia
 idius fundamentum, a quo sustentatur, est
 summus Pontifex? Merito ergo Apo-
 stolis suis, et in ipsis tota Eclesia, unives-
 sisque Eclesia Pastoribus promisit Christus,
 se cum ipsis semper futurum, ubi videlicet
 in fidei doctrina summo Pontifici, velut
 tot linea suo centro, prout loquitur Turne-
 lius, adunati fuerint. Qui enim fieri
 potest, ut ruat edificium, quod a firmissi-
 mo fundamento sustentatur, et cui intime-
 unitum est. Sicut enim historia memo-
 ria proditum est, non fuisse Christum cum
 Eclesia, aut Eclesia Pastoribus, ubi ab im-
 moto hoc fundamento, atque visibili Eclesia
 Capite Romano Pontifice dissepserunt; cuius
 rei, ut cetera omittamus, manifestum hec
 petitat exemplum Ariminense 400. velut
 alii volunt 600. Episcoporum Concilium.

45. In hoc ergo nullus nobis timor; pro-
 be enim novimus, tam solidum esse Ecle-
 siam fundamento fidei, quod est Roma-
 nus Pontifex, ut nulla unquam inferna-
 lium potestatum si ab ea dimoveri possit;
 et quemvis aliquando Eclesia Pastores in
 Concilio congregati errorem admitterent, pro-
 ut in memorato Ariminensi Concilio contigit
 statim ac sine mora idem summus Pontifex
 eos ab errore revocaret.

Sed
 gabis

Gallicis potius timendum aperiunt, ut qui
 Papam in fidei questionibus definiendis
 errori obnoxium esse contendunt; ne vi-
 delicet, si forte contingeret, quod absit,
 inquit Turnelius: anxii et solliciti verba
 sunt ista; errorem toti Ecclesiae proponeret,
 idcirco tota inficeretur Ecclesia. Neque
 tam statim et tam exigua interposita mo-
 ra, prout supponit Borbonicus noster, re-
 clamaret Univerſa Ecclesia, quin jam per
 multos annos error invaluiſſet. Nempe
 id nunc est Turnelii et modernorum
 quorundam Gallicanorum Theologorum in-
 ventum, quod obtendunt, ut imperitio
 suam faciant, atque gravem hanc diffi-
 cultatem aliquantum saltem declinare vi-
 deantur. Haud agere latuorum lecto-
 rem nostrum arbitramur, si dimisso tan-
 tisper Bellarmino, in idcirco intenderimus
 quod videlicet Turnelium suosque Gallic-
 canos Theologos ab hoc errore suo revocemus.
 40. Igitur si iuxta ipsorum hypothe-
 sim contingeret, à summo Pontifice erro-
 rem toti Ecclesiae proponi; quò tum con-
 fugiendum esset, ut error damnaretur
 et Pontifex ad fidem sanamque doctri-
 nam revocaretur? Ad Concilium Ocu-
 menicum, vel ad Ecclesiam dispersam,
 respondet Turnelius.

Sed ut primum de Concilio loqua-
 mur; quis nescit, quantis impedimen-
 tis, quantisque difficultatibus semper
 implicata fuerit Generatum Synodo,

rum convocatio ac congregatio? Et cum jam coacti fuerunt, quot annorum diffusere spatia, donec definitio prodierit? Ne remotiora tempora petamus, Concilium Tridentinum, quod anno 1542. à Julio III. Papa indictum fuerat, et primum anno 1545. inchoatum, ad annum usque 1563. perductum est. Ne dubium, quin iisdem, imò fortè majoribus difficultatibus abolveretur Synodus, quam nostris temporibus convocari contingeret ad Pontificem ab errore revocandum. Non ergo tam statim et absque morâ reclamaret Ecclesia, et Pontificem ad sanam fidem reduceret, ac venditat Turnelius, 47. Sed hæc missa faciamus, atque erga Sorbonicum nostrum sumus liberaliores. Papa ergo, ut ipsius hypothese sequamur, de facto errorem definit, illumque velut Fidei articulum toti Ecclesie credendum proponit; hanc Pontificis in fide prolationem primi omnium e.g. Integunt Gallicani Antiquitates et Theologi. Nihil huic supponimus, quod ipsimet admittere non possint; omnes quippe norunt, quam magna ingenia ipsamet Francia producat. Solis præterea Gallis, jus esse videtur, Romanorum Pontificum Fidei Decreta rimari; id enim Libertatum harum appendix est. At ceteræ Nationes, cum Pontifices ultro infabiles agnoscant, ipsorum definitio, nibus Summa Devotione et observantia

Se

se subiungunt; neque, si quibusdam Fran-
 vid. D. uigenis fides, pari Gallorum Paulitate
 Vincent
 Thuidier. eandem uim ad Scriptura tum ad Traditi-
 Ep. 2. ad. tionis Leges expendunt. Hae oua
 appellat. hinc Galis non modo licitum esset contra
 pag. 237: erroneam hanc Pontificis definitionem
 edit 3: reclamare, imo ad id omnino tenerentur

nisi pro dita veritatis rei uellent uideri.
 Reclamant ergo, atque uerbo et Scriptis
 Pontificiam definitionem dire exagitant,
 eoque rem perducunt, ut in tali rerum
 circumstantia error damnari, ipseque
 Pontifex ad fidem reuocari, atque ita
 controversia finire non posse nisi Concilio
 uideatur.

48. Sed huc statim se profert difficultas,
 non enim satis explicari posse uidetur,
 cuiusnam tunc foret, Synodum conuo-
 care, si forte Papa, ut uehemens suspi-
 cio est, id facere ueneret: an forte Galis
 canorum Episcoporum, ut pote qui primi
 omnium errorem detexissent? Sed quid,
 si aliarum Regionum Praefules in fismorem
 gerere, et ad Concilium venire detrectarent?
 tunc forte ad Imperatorem aut Reges
 haec provincia deuoletur? at omisso,
 quod eadem redeat difficultas, Historia
 quidem memoria proditum est, Impera-
 tores olim, uim uidelicet toti orbi Chris-
 tiano dominarentur, Concilia fieri ue-
 rasse; at non nisi ex consensu Romano-
 rum Pontificum. Solus inter Gallica,
 nos Theologos nodum hunc proclare sol-
 vere uidetur Geson; quippe ex cuius
 Sententia

Sententia, reliquis in facere remmentibus, vel minima vetula Concilio convocando apta est.*

49. Verum Galis tantopere Concilii auctoritatem eferentibus hic deferre alii, quid placet. Igitur, tantisper dimissa hac difficultate; supponamus, Concilium in data hypothesis de facto convocari ac cogi. In primis ab eo Papam ipsum aut ejus Legatos excludi oporteret; neque etiam dubium foret, quin Papa tueretur sententiam, atque ita Galorum causam turbarent, ne non impedirent, ne ipse Pontifex tam statim et sine mora illa, quam obtinuit Turnelius, ad fidei veritatem revocaretur. Neque, ut opinamur, Decreto, quo Papa ipsiusve Legati a Concilio arcerentur, opus esset; verisimile namque omnino esset, illum, et si rogatum ac invitatum, non adeo gestituum, vel per se ipsum, vel per suos Legatos, interesse hujusmodi Conventui, quem ipse non convocasset, aut in quo se, suamque toti Ecclesie propositam fidei definitionem damnandam subdubitaret, et cui proinde, ut pote damnandus, nec ipse, nec sui Legati praesidere possent. Neque tamen timendum, ne, propter hujusmodi absentiam Pontificis, aut ejus Legatorum, Synodus ultro legitima, ^{non} esset: Enimvero Concilium, inquit Turnelius, cui Papa legitime invitatus ac rogatus adesse pertineret, et cujus sententia subscribere

*Tract. De med. read. et reform. Bul. c. 25. pag. 109. apud Vom, Gerhart. to. i. Acton. Conc. Const. part. 5. p. 70. et Tom. 2. oper. Gerson.

* De Eulof. to. 2. p. 9. a. 3. p. 224.

»bere reusaret, legitimum foret, quamquam
 »sic à Pontifice se junctum; atque Schismatis
 »vitium non Concilio sed Pontifici imputari
 »tunc deberet, omnesque Christiani tene-
 »rentur Concilii Definitioni se subijcere.

50. At quid, si post longas forte Patrum
 alterationes et disceptationes, nihilominus
 Concilii definitio falsis non foret, sed Pon-
 tifici erranti? Id impossibile haud

esse, tradit iterum ipse Turnelius: »Christus
 * ibid. to. 1. » enim sic inquit: * » Episcopis quidem legitime
 pag. 417. » et in suo nomine congregatis suam opem
 » et assistentiam promittit, atque etiam
 » confert omnia gratiae interioris adjuva-
 » menta, quae necessaria sunt, ut suo ipsi
 » fungantur, sicut oportet, officio. At cum
 » omnia suaviter disponat, et humano modo
 » rem in Conciliis perfici velit, Episcopos suo per-
 » mittit arbitrio: gratiam quidem ipsis offert,
 » et dat, qua possunt, si velint, invicti sta-
 » re adversus omnes Demonis impetus; verum
 » nullam ipsis necessitatem imponit, ut ea stan-
 » tur. Non enim modo Supernaturali a se
 » et visibili, ut jam diximus, sed interiori
 » duntaxat gratia subministrata regere
 » Episcopos voluit, nec eos veluti omni huma-
 » nitate exuit, quando in Concilio congre-
 » gantur, sed omnibus humanis infirmita-
 » tibus obnoxios relinquit. Imò inde
 » magis elucet divina virtus, quod à viris
 » tot infirmitatibus circumdati, veritas dete-
 » gatur, ac strenue defendatur. Haec verò
 » legendus aliquando contigit in plurimis
 » Episcopis

»Episcopis lapsus; at cave, ne aut Divinam
»invises providentiam, aut fidei totale
»excidium inde timeas: justo enim, quam
»quam occulto iudicio lapsus huius permittit
»quidem Deus, at nunquam permittitur
»est, universam Ecclesiam errori consentire:
»imò faciet, quod contigit tempore Arimi,
»necis Concilii, ut vel Episcopi, qui in
»errorem incauti lapsi fuerant, citò resi-
»piscant; vel Ecclesia Universalis errori se
»statim opponat, retenta avita et vera
»religione.

Ex his utique videt
creditus lector, iuxta Turnellium, fieri
interdum posse, ut ipsum etiam Ocu-
menicum Concilium errorem definiat.

51. Quid si ergo in posita hypothese, ca-
terarum Nationum Praesules inordinato
quodam erga Romanum Pontificem ob-
servantia affectu agitati, necnon infalli-
bilitatis ipsius praedicti, plus aequo im-
buti, idius erroneam definitionem non
satis ad scripturam et traditionem exen-
dissent? Quid si amplior Episcoporum
numerus minorem obruisset? Quid si
plerique Concilii Patres deferre voluissent
Principibus Saecularibus, qui forte jam
ante Concilii celebrationem, quod sibi è re-
natum, et quas maluissent, partes ample-
xati fuissent? Hi enim humani casus sunt,
quibus Patres etiam legitime congregatos,
et Synodum Oecumenicam facientes, ultro
subditos vult Turnellius. Quid, inquam,
tam agendum foret? forte novum expleten-
dum Concilium, quo unanimes Papa evanes-
Episcopi

Episcopi duntaxat ad veritatem fidei revocantur. Sed quis illius feliciter, quam prioris, respondebit exitum?

57. Equidem resignere Ariminenses Patres, idque tanto facilius, quo veram religionem animo retinentes, captivose, et in specie catholica unquam ab Arianis Episcopis oblata fidei formula, vel tadio, vel formidine victi subscripsissent, viderentque suum Concilium à Romano Pontifice Liberio improbari; cuius, teste Romanâ Synodo sub Damaso Papa anno 381. celebratâ, ante omnia expectanda erat sententia.

Tum enim non deest Suprema illa auctoritas, quæ errantes Episcopos ad unitatem veritatemque fidei reducere, et ad quam auctoritatem, velut ad centrum suum, Episcopi illi tanquam tot linee referentur. Unde et nos cum Turnelio fatemur; Deum nunquam permitturum, ut Universalis Ecclesia errori consentiat; quia nempe nunquam permittens est, ut Romanus Pontifex Ex Cathedra errorem definiat, aut approbet; ut potè cuius eam auctoritatem in Ecclesia esse voluit, ut illius doctrinam semper sequita sit, ac semper sequatur Ecclesia, et ad quem velut unicum Catholice unitatis centrum cetera Ecclesia tanquam tot linee fidem suam necessario referant, ut mox dictum.

At in nostra, et in Gallicanorum Theologorum principis fundata hypothesis, ubi illa Suprema auctoritas, quæ Episcopos veram fidem non animo duntaxat retinentes, sed ultro et omnino abnegantes ad veritatem et

et unitatem fidei reducat? Ubi centrum, idem unitatis, ad quod ceteri Episcopi velut tot linea referantur, atque ita Schisma tollatur; quando pro reducendo ad fidem ipse Summus Pontifex Antistites ipsi inter se decertarent; quando, inquam, idem ipsum Eclesiæ Caput, cuius solius auctoritate, teste S. Hieronymo*, Schisma tolli* advers. potest, ipsius Schismatis esset occasio? Forin.

53. Verum ut seris cum Turnelio loquamur; quodnam esset idem œcumenicum Concilium, quod nec Papa convocasset, cui nec ipse, aut sui Legati præsesissent, sententiamque dixissent, et quod deinde ipse confirmare renueret. Constans enim omnium Eclesiæ Patrum ac Doctorum sententia semper fuit, quidquid moderni Gallicani Theologi contra regerant, Concilia quantumvis numerosa, nec vim nec robur habere, nisi approbatione supremi totius Eclesiæ Capitis, Romani Episcopi nempe, munita fuerint. Neque sufficienter adesse videtur totum Eclesiæ Corpus, si reliquis membris Caput ipsum non conuerrat, aut suffragetur. Idcirco Damasus Papa Ariminensem Synodum quantumvis Nicæna numerosiore damnavit, quod Romani Episcopi Decreto firmata non fuisset; et Epistola ad Stephanum et Synodum Africanam ait, "Concilium idem non fore Catholicum, quod sine auctoritate Sedis Apostolicæ fieret; neque ulla Concilia rata legi, quæ Apostolica auctoritate fulta non fuerint." Ante ipsum Iulium Pontifex Epistola

66 Auctoritas et Infalibilitas

* apud Athan. Epistola ad Orientales*, diserte asserit; "fuit apol. 2. "fuit a Sanctis Apostolis traditum de in ma, et Sozom. 2. qna /: Nicaena nempe / Synodo declaratum, l. 3. c. 9.

"non posse ullam convocari Synodum in con-
"vulso aut invito Romano Episcopo. In

Conilio item Calcedonensi, ideo Leonis
Papa Legati ab eo excludi Dioscorum volu-
erunt, quod sine auctoritate Sedis Apo-

* ait. 6. stolica Concilium usqisset. * Synodus

item VII. oecumenica damnat proce-
dentem Synodum adversus Savas imagi-

nes celebratam, ex hoc maxime, quod in con-
sulta Sede Apostolica coacta fuisset. De-
nique, ut cetera taceamus, in Romano

* Bin. to. Conilio sub Papa Symmacho habito*, cum
2. p. 284. b. Rex Theodoricus convocatis Italiae Presu-
cir. an. 501.

libus diceret, se illos accivisse, ut causam
Symmachi Papa criminum aliquot postu-

lati judicarent; responderunt universi,
non ad Regem sed ad Romanum Episcopum

convocationem Conilii pertinere, quamvis
ipse Papa criminis argueretur: Neque

pius acquiescere, nisi postquam Symma-
chus palam asseruit, suo rogatu Episcopos

fuisset a Rege convocatos, seque de novo
Synodum istam approbare. Immo

ipsa met universa Gallia ea etate ultro
agnovit, non valere Conilia absque Sum-

mi Pontificis auctoritate celebrata, neque
hunc ab ipsis posse judicari, sicuti patet ea

* apud Petiti Epistola Aviti Episcopi Niennensis*, ut
de aut. et infall. R. P. alia penè innumera antiquitatis monu-
t. 9. p. 186. menta taceamus.
v. g. Cat.

frivola

54. frivola ergo sunt, quae dicit Turne-
lius, absque tali videlicet Romani Ponti-
ficiis convocazione et confirmatione Concilio traut. de Eulph. q. 3. a. 3. p. 419. et q. 5. a. 3. p. 124.

stare suam firmitatem et auctoritatem
quippe qua nullo traditionis exemplo fir-
mata sint. Nam quae de Concilio V. Ocu-
menico commemorat, falsa sunt, et omni-
no non ad rem. Certum quippe est, ibi-
dem de fidei questionibus nihil agitatum
fuisse; et solummodo ea ratione tandem
ab Occidentalibus Eulephiis procurantibus Gre-
gorio Magno ac Pelagio idius in A. postoli-
ca Sede successore acceptatum fuisse,
quod Vigilius Papa idem confirmasset.

Equidem verum est, quod Vigilius,
cum in suo Constituto tria Capitula jam
damnasset, auctorum tamen jam vita
funtorum, et quos Calcedonense Conci-
lium absolverat, atque in Communionem
repperat, memoriam damnari non
posse consuevit. At carceris inedia
tandem victus, Concilium approbavit, in
quo et tria Capitula, et Theodori,
Theodoret, necnon Iba memoria dam-
nabantur.

55. Cum autem Tronclius ait, "an absolute
"necessaria sit Summi Pontificis confirmatio,
"uius defectu mania sit Concilii auctoritas,
"gravem esse questionem, de qua inferius
"agere velit. Profecto lectorem suum
ludere velle videtur, quando omnia, quae
de ista gravi questione se inferius dicturum
promittit

* tom. 2.
q. 5. a. 8.
pag. 316.

promittit hinc parum concludit: "quod
videlicet Romanus Pontifex sua confir-
matione Conciliis non vim, robur, et firmi-
tatem conferat, sed tantum illis tam sui,
quam totius Occidentis nomine auctoritatem
ut potè sine quo consensu plenum ac verum
Oecumenicum non censetur Concilium.

At quam parum hæc urgeant, vel ex
his, quæ mox protulimus, apertum est,
et magis adhuc suo loco demonstrabimus.

Interim siue cuperemus, cujus nomi-
ne Martinus V. Concilio Constantiensi;
Eugenius IV. florentino, et Sixtus IV. Tri-
dentino auctoritate. Nam Constantiensi
Synodo tum ipse Martinus, tum univer-
sa Latina Ecclesia interfuit; florentina
autem ipse Eugenius cum universa Eule-
sia tam Latina quam Græca. Tridenti-
no autem sola latina præsens fuit;
ut de aliis Oecumenicis Synodis in Occi-
dente celebratis nihil dicamus. Non
ergo poterant hi Pontifices hinc Conci-
liis auctoritate illorum nomine, qui eadem
componerent, et qui ibidem à se ipsis
decreta dictis Pontificibus confirmanda
tradebant. In quàm præclare Tur-
nelius gravem illam questionem elucidat.

Ex huiusque dictis abundè liquet,
quàm parum illa subita et sine morâ
adversus Pontificium errorem reclama-
tio, quàm Emeritus Regius Professor no-
ster Ecclesia asingit, in Conciliis locum ha-
beat.

At

56. At forte ad Eulefiam dispersam pro-
vocat Turnelius, dicitque, hanc dum
tanat Stationem et nullam interpositam moram
reclamaturam fore adversus erroneam
Romani Pontificis definitionem? Sed
imbecilli profus argumento. Quis enim
ignorat, longe difficilius esse omnium toto
Orbe Christiano dispersorum Episcoporum
assequi consensum, quam Concilii Oecum-
nenici coactionem? Quantum enim
temporis spatium diffuset oportet, donec
hujusmodi Gallicana e.g. vel alterius
Eulefia adversus erroneam Pontificis de-
finitionem reclamatio ad omnes omnino
omnium provinciarum Episcopos dolata,
ab ipso ad Scripturam et Traditionis regulam
expensa, ac tandem promulgata esset;
quod utique longius protenderetur, si forte
plerique in Gallicana reclamazione illa
fidei veritatem agnoscere tergiversarentur.
Cum his novis litteris, novis obsecrationibus
denovo agendum foret, ac mirè contendendum,
quò tandem suo consensu ad Gallicanam
sententiam accederent, alioquin nec vim,
nec robur obtenturam. Nihilominus
post tot tantosque labores dubium esse
adhuc posset, num hi Episcopi, Gallicana
vel alius, qua fingatur, Eulefia senten-
tia acquiescere velent, an verò Concilio
potius, quod solum nudi errori obnoxium
forte arbitrarentur, ultimato definitio-
nem committere maderent; ut nihil de illis
Episcopis dicamus, qui preconceptam habent de

De infalibilitate Summi Pontificis sententiam.

57. Nec urget exemplum Pelagianorum, quod adducit Turnelius*, et quorum causa, sicut teste Augustino finitam fuisse dicit intra decem mensium spatium; postquam videlicet duo Africana Concilia ad eandem Apostolicam Transmissa, et ab ipsa approbata fuissent. Quod breve tempus, prout ipse inveniat, effluisse vult à confirmatione Pontificia horum Conciliorum usque ad Eulapia auctoritatem. Id vero probare nititur ex aliquo sermone S. Augustini*, in quo hic S. Doctor testatur, Pelagianorum causam finitam esse. » Nam, » que, inquit Turnelius** sermone idem habuit Sanctus Doctor mense octobri anni 417. Decretum vero Pontificium, quo duo Concilia Carthaginiensia confirmata fuere, latum fuerat mense Januario ejusdem anni 417. Ergo breve idus spatium temporis Augustino sufficiens visum est, ut merito assereret, causam finitam esse, propter consensum Episcoporum partim expressum, partim tacitum.

Sed haec, inquam, non urgent. Enim vero, equidem Sancto Augustino Pelagianorum causa finita videbatur; at non, prout illi affingit Turnelius, propter consensum Episcoporum partim expressum partim tacitum; hoc enim non vult Gallicanorum Theologorum commentum est, de quo nunquam cogitavit

* 2o. i. q. 3. a. 2. p. 345.

* Sermon. 135. alias 2. de verb. Apost. c. 10.

** loc. cit.

Summorum Pontificum, stabilita p 71
vit laudatus S. Doctor. Sed ipsi memo-
rata Pelagianorum causa finita videbatur,
quod duntaxat Summus Pontifex isto-
rum duorum Africanorum Conciliorum
adversus Pelagianos Acta confirmasset.
» Jam enim s. inquit idem * De hac causa * loc. cit.
» duo Concilia missa sunt ad Sedem Apo-
» stolicam. Inde etiam rescripta venerunt,
» causa finita est, utinam aliquando
» error finiatur. Nihil hic S. Augusti-
nus loquitur de tacito vel expreso Episco-
porum consensu, quod utique non pro-
termisisset, si eò finitam duntaxat Pe-
lagianorum causam censisset, quid
enim facilius ei fuisset, quam dicere,
» A Sede Apostolica rescripta venerunt,
» ceterisque totius orbis Episcopi idis ium
» tacito, tum expreso consensu annuerunt,
» causa finita est? At parendum
tanto Eusebio Doctori, quod tunc Galicia-
nis principibus nondum fuerit imbutus, nec
liverit, tum denique causam fidei pri-
mum finire, quando totius Eusebia disper-
sa consensus auerit.

58. Et verò, ut ad hypothesin nostram re-
deamus, quoniam Epet idu dispersa Euse-
bia, quae adversarios habere poterat quam-
plures Episcopos Romano Pontifici con-
junctos, ut ipse supponit Tournelinus * to. 2. q. 5.
certè tunc, ex ipsa hujus Doctoris Sorbonici a. 3. p. 162.
sententia, Pontificis partes omnes fideles et 163.
amplecti tenerentur, ac proinde errori sub-
scribere. » Si contingeret s. inquit idem * ibid.
nim p. 163.

»in aliqua fidei controversia divisos esse
 »Episcopos, atque plures ex una parte cum
 »Pontifice Romano, plures ex altera sine
 »Pontifice Raro, haud dubie ei parti adha-
 »rendum foret, qua Capiti conjuncta esset.
 »ista etenim melior ac sanior pars cense-
 »ri deberet, et Eclesiam sufficienter reforme-
 »..... Et si forte, qui à Capite suo divisi
 »forent Episcopi, numero sincerent.
 frustra ergo huius Eclesiam dispersam appel-
 laret, quae errantes cum Pontifice Episco-
 pos ad fidei veritatem revocaret.

* *ibid.* p. 285. 59. Plus adhuc dicimus. Docet Turnelius,
 » teneri fideles omnes acquiescere Romano
 » rum Pontificum de fide Constitutionibus
 » in unoquoque Regno promulgatis, quam-
 » vis nondum constat, ac proinde dubium
 » sit, an erronea sint necne. Atqui
 fieri popet, ut omnes ii Episcopi, quo-
 rum mentes Pontificis infalibilitas per-
 tinaciter occupat, ut sunt Germani,
 Itali, Hispani &c, erroneam forte Pa-
 pa definitionem amplecterentur, atque
 fidelibus suis velut fide divina credendam
 proponerent; Ubi tum erit illa Eclesia
 dispersa, quae illos ab errore revocet? Gal-
 canam laudabis? Sed, omisso, quod
 haec ad universam dispersam Eclesiam
 representandam sit insufficiens; quid
 plerique, aut saltem ii, quos aliqua ad-
 huc tenet in Pontificem observantia, hu-
 jusmodi Papa Decretum jam his fidelibus
 credendum proposuissent, sicque in ipsa
 Galia

Gallia Episcopi divisi essent? id evanire
 posse supponit ipse Turnelius, Joventique
 Janseniana ac Querneliana turba. ibidem
 jam pridem exiitata. Quid tum agendum?
 profecto; si Turnelio fides, eis adhaeren-
 dum foret, qui Pontificis partes tuerentur,
 quippe melior et sanior pars essent.

60. Ex his omnibus igitur liquido appa-
 ret, peperam Turnelium, cum de ficti-
 tia illa Eulafia reclamatione agit, summum
 statim et absque mora obtendere; nec
 non ex ipsius hypothese haud minus Eule-
 sia Gallicana, quam ceteris timendum
 fore, ne et ipsa propositum forte à
 Summo Pontifice errorem amplecteretur.

Si enim quamplures ibidem Episcopi
 plenis ulnis propositum à Jansenio Inven-
 ti et Quernelio errorem amplexati sunt,
 quid impedit, quin etiam ceteri, ac pra-
 sertim illi, qui majori erga Sedem Apostoli-
 cam observantia sunt affecti, etiam erro-
 rem à Summo Pontifice definitum accep-
 tent? Neque porro ab hac difficultate
 se satis liberare posse videntur Galliani
 Theologi, nisi abjecto novo suo eclama-
 tionis Eulafiae commentò, nobiscum tue-
 antur, Romanum Pontificem in suis
 de fide et morum definitionibus omnino
 et absolute esse infalibilem.

61. Sed ut ad Bellarminum redeamus;
 Dixerat denique, "hac oratione Christum
 "duo privilegia Petro impetrasse. Unum
 "ut ipsemet nunquam popet veram fidem
 "amittere, quantumvis tentaretur à dia-
 "bolo:

»bolo: id quod est aliquid amplius, quam do-
 »num perseverantia: dicitur enim perseve-
 »rare usque ad finem, qui licet interdum ca-
 »dat, tamen resurgit, et in fine fidelis inve-
 »nitur: et Petrus Dominus impetravit, ut non
 »properet unquam cadere, quod ad fidem attinet.
 » Alterum privilegium est, ut ipse tan-
 »quam Pontifex non proferat unquam docere
 »aliquid contra fidem, sive, ut in Sede eius
 »nunquam inveniretur, qui doceret contra
 »veram fidem. Ex quibus privilegiis pri-
 »mum fortasse non manavit ad posteros: at
 »Secundum sine dubio manavit ad posteros
 »sive Successores.

* ibid.
pag. 204.

Haec explodit Tournelius, ut levius*,
 »quod sicut ipsa ait, ex iis plus aliquid colligatur,
 »quam exetat Bellarminus; nempe S. Pontifi-
 »cem etiam ut singularem personam ac priva-
 »tum Doctorem, errare in fide non posse, quia
 »si re ipsa tale personale privilegium accepit
 »S. Petrus, ut et in fide et in gratia ad finem
 »usque perseveraret.

Lepidus omnino vir, ut qui sibi huc ho-
 stem fingat, ubi medium habet. Ex ipsius
 quippe Bellarmini sententia privilegium
 illud perseverandi in fide, seu nunquam amit-
 tendi fidem interiorem, personale fortè fuit,
 nec ad Successores necessario transfusum;
 quamvis nullo pacto probari possit, vel unum
 Papam fidem interiorem unquam amisisse.
 neque enim ultro latente Tournelio*,
 ibi Romanorum Pontificum lapsus, quos
 bene numero nobis obviunt adversarij vid
 demonstrant. At hic de alio privilegio
 Bellarmini

* ibid. à
p. 183.

Bellarminus loquitur, de ido nempe, quod
Suprema et publica Petri dignitati annexum
est; ut scilicet, cum tanquam Summus Pon-
tifex ac Universalis Ecclesie Pastor et Doctor
quidpiam eidem velut de fide credendum
proponit, nulli errori obnoxius sit; quod
privilegium ad Successores ipsius transfusum
fuisse contendit, tanquam quid ad publicum
et optimum Ecclesie regimen omnino ne-
cessarium.

62. Verum regeat Sarnelius * 1^o id esse * pag. 205.

"vitium, quod ajunt, petitionis principii, et
"id pro solutione ad huc, quod est in questio-
"ne. 2^o Scripturam duplex illud privi-
"legium S. Petri, unum personale, alterum ve-
"ro publicum non distinguere. 3^o falso
"supponi singulares ac personales ~~pro~~ pro-
"rogativas, quae S. Petro datae sunt v.g. dona
"linguarum, miraculorum, charismatum p. ad
"publicum Ecclesie bonum et commodum non
"conferre. Si ergo ad Petri Successores trans-
"mitti oportuit omnia et singula privilegia,
"quae ipse Petrus ceterisque Apostoli ad com-
"modum Ecclesie, fidei propagationem ac
"defensionem accepere, necesse esse aperere,
"ad omnes Apostolorum Successores privilegia
"haec transferri debuisse: hoc autem esse ab-
"surdum.

63. Sed quam imbellia haec omnia sint,
vel legenti ea, apertum est. Ad id enim
namque; fatemur equidem id apud quosdam
Galicanos Theologos in controversia esse pe-
situm,

litum, non item apud ceteros totius Orbis
Catholici Doctores, non apud Veteres, qui
privilegium istud ad Petri Successores trans-
missum semper statuerunt, prout deinceps
Operis nostri demonstrabimus. Quod si
faceret, id principii petitionem minueret,
quod omnium Saeculorum auctoritate fultum
est, nulla plane in ipsa Theologia quartio,
nubium argumentum erit, quod non tu-
to ~~dic~~ possit petitio principii minueri,
dummodo quidam inveniatur, qui id
licet immerito, in dubium revocare vi-
deatur.

64. Quod autem duplex idus S. Petri privi-
legium, unum personale, publicum vero al-
terum, Scriptura non distinguit; id equidem
arbitratur Tournelius, non item ceteri totius
Orbis Catholici Theologi cum Veteribus.
Et qua ratione evincet Tournelius, Christum,
cum dixit: Ego rogavi pro te, ut non deficiat
fides tua; Petri fidem personalem; quae ad
Successores ipsius nullo pacto pertransierit,
vel eulogia totius intulerit; at cum
addidit: Et tu aliquando conversus confirma
fratres tuos; etiam ad ipsius Successores di-
versis sermonem? Haec profecto non dis-
tinguit Scriptura; ita tamen textum
istum intelligi oportere vult Tournelius.
Licet ergo ipsi huic Scripturae loco diver-
sum sensum, quem nulla Veterum aucto-
ritas fulvat, affingere; et Bellarminus
falsi postulabitur, quod cum bene multis
Patribus in eo duplex distinguat privilegium,
personale unum, alterum vero publicum,
atque

atque ideo ad Successores ipsius transmissum?
 65. Ad 3^{ium}. Extra hypobitum vagatur
 Turnelius. Neque enim negat Bellarminus,
 singulares ac personales prerogativas,
 quae Sancto Petro, imò et aliis Apostolis
 datae fuerunt, ut e.g. dona linguarum,
 miraculorum, charismatum p, ad publicum
 cum Eclesiae bonum et commodum aliquod
 contulisse. At verò infalibilitatis
 privilegium, quod ad publicum et opti-
 mum Eclesiae regimen, non modo utile,
 sed et omninò necessarium dignoscitur,
 ad ipsius S. Petri Successores transmissum
 contendit. Nec arbitramur Turne-
 lium eo mentem abducturum, ut credat,
 dona linguarum, miraculorum, et Charis-
 matum, ad publicum Eclesiae regimen ita
 esse necessaria, ut sine illis istud omninò
 stare non possit, nisi simul rudum peri-
 esse Eclesiam velit, quippe in qua milia
 sint publici Rectores et Pastores, Episcopi
 videlicet, qui omnibus his donis et char-
 ismatibus sint instructi. Sed haec utilia
 quidem sunt, non necessaria duntaxat; se-
 cius infalibilitatis privilegium. Et
 quia Turnelius absurdum utique ^{non} arbitra-
 bitur, si infalibilitatis prerogativa ad
 omnes totius Orbis Episcopos, vel saltem
 plerosque, sive Discepos, sive in Concilium
 vocatos, qui in eandem cum Pontifice Romano
 doctrinam conspirant, ab Apostolis trans-
 missa dicatur, quamvis cetera dona ^{et} charis-
 mata

mata, quae ad Eclesiae utilitatem et commo-
dum multum conferre videntur, in ipsos
transfusa non fuerint; quid ergo absurdi
in eo invenit, quod Bellarminus dicit pri-
vilegium infalibilitatis ad Petri Successores
transfuisse, etsi cetera dona, quae in eodem
S. Petro eminebant, ad eos transmissa non di-
cantur?

* ibid. O. B. Opponit Turnelius* S. Augustinum,
* l. quest. qui docet, Christum, cum pro Petro rogavit,
en. nov. test. 975. pro omnibus rogasse; quippe quod omnes
in eo continerentur. Ex quo inferat, ne-
cessarium fore, infalibilitatis privilegium, non
modo ad S. Petri Successores transmitti, sed
etiam ad singulos et omnes Episcopos.

Sed hunc Augustini locum nihil Bel-
larmini sententiae officere jam supra de-
monstravimus*, atque etiam supius suoloco
ostendemus; quin potius idam confirmat.
* hic. n. 4. Si enim, ut jam diximus, cum Dominus pro
en. n. 24. Petro rogavit, Princeps iste Apostolorum
et totius Eclesiae supremus Pastor omnes
representavit; quid obest, quin dicamus,
quod ipsius Successores etiam venetos off-
representent? Et quia ipse Petrus,
prout omnes representans, a Christo in infal-
tibilitatis fidei donum accepit; inde clare
inferatur, eandem prerogativam si pro-
missionis Christi Petri ipsius Successoribus
esse quoque tribuendam; quippe et hi,
ipso Turnelio teste, tanquam capita om-
nes fideles Eclesiamque Universam repre-
sentant. Quinimvero, cum, prout jam
* hic. num. 14. adnotavimus*, Concilia Oecumenica, ut supra
mam

Summorum Pontificum p. Stabilitate p

nam suam auctoritatem et in fide indefecti-
bilitatem demonstrarent, se Eclesiam Uni-
versam representare asseruerint; non vide-
tur, cur non etiam Summos Pontifices, et
Supremam in universam ~~habere~~ Eclesiam
habere auctoritatem, et in fide indefectibi-
litate, asseramus, cum et ipsi Universam
Eclesiam velut Capita representent.

67. Sed hanc non valere comparationem
contendit Turnelius*; quia nempe ~~apud~~ ^{apud} am^{to. 2. q. 5.}
plum sit discrimen Concilii generalis Univer- ^{a. 2. p. 710.}
sam Eclesiam representantis, et B. Petri
ejusdem personam gerentis. Nam Concilium
"generale s. inquit: / longe perfectius Eclesiam
"representat, quam Summus Pontifex: sicut
"idem Concilium non est simplex et mera
"Eclesiae absentis representatio, sed eam
"ita refert, ac representat, ut simul pra-
"sentem exhibeat in meliori ac potiori ipsius
"parte, nempe collectione Episcoporum.....
"Concilium igitur generale non tantum re-
"presentative, sed autem, vere et realiter est
"ea Eclesia, aut ea Eclesiae pars ibicens ac mi-
"nistrans, cui Christus activam, supremam
"et infalibilem tradidit regiminis Eclesiastici
"auctoritatem in iis, quae ad fidem, mores,
"ac communem omnium fidelium salutem
"pertinent.

68. Igitur juxta Turnelium, Concilium
generale ideo infalibile est, quia vere et
realiter Eclesiam representat; At Pontifex,
quia eandem tantum figurative, moraliter,
et modo imperfectiori refert, errori obnoxius
erit.

* pag. 112. crit.*

Si Turnelio hic sermo est de Concilio, cui praesit, et quod dirigat Summus Pontifex, facile concesserimus, idem modo perfectiori, saltem extrinsece, quod Schola loquitur, Eclesiam representare, ut pote, quod eam non modo in membris, sed et in Capite vere et realiter referat. At non negabit, quod ibi eam Summus Pontifex tanquam Caput representet, ceteri vero Episcopi tanquam membra; et cum Caput corporis alius perfectius sit, quam cetera illius membra, manifestum est, ibidem modo principaliori et perfectiori à Romano Pontifice Eclesiam representari, quam à ceteris Episcopis.

Quod si vero Turnelius hic intelligat Concilium prout à Summo Pontifice contradistinctum ipsique oppositum, quod innumere videtur; negamus, Concilium quantumcumque numerosum, vere et realiter Universam Eclesiam representare: cum enim Eclesia non sit nisi Corpus aliquod mysticum, quod Caput et membra habet; ad hoc ut vere, realiter, et perfecte Concilium eam representare dicatur, necesse omnino est, ut in eo, non modo omnes totius Terrarum Orbis Episcopi inveniantur, quod tamen hactenus in nullo Oecumenico Concilio factum est; Sed et insuper ac praecipue Romanus Pontifex, ut pote totius Eclesiae verum et reale Caput, ei praesideat. alias enim, ut patet, huiusmodi Concilium Corpus quidem esset, Sed mutilum ac truncum, necnon aliquot membris, atque Capite ipso destitutum. procul ut Eclesiam vere et realiter ac perfecte representare dici possit.

J. J.

69. Ipse Turnelius, quidquid huius dicat, alibi tamen ultro fatetur, Concilium etiam ^{to. i. q. 3.} ^{a. 2. p. 370.} Oecumenicum, non esse aliud, prater Eclesiam Universam imaginem et compendium, nec eam vere et realiter ab ipso representari. Ibi enim, ut probet, Ecclesiam dispersam gaudere privilegio infalibilitatis hoc argumento utitur: quod nempe Ecclesia in Conciliis generalibus coacta, non alia de causa errare non possit in suis de fide ac moribus Decretis, quam quod Concilium Oecumenicum Ecclesiam Universam representet: "An ergo inquit?" imago seu representatio, et quoddam veluti compendium totius Ecclesiae privilegio inerrantiae gaudet, et eo privabitur ipsa met vera, realis et universa Ecclesia, qualis ea est, quae per orbem universum sparsa diffunditur? Igitur fatente huius ipso Turnelio, Concilium Oecumenicum non est ipsa vere et realiter tota Ecclesia, sed tantum illius imago ac moralis representatio, idque tanto verius, quod in Episcopi, qui illud constituunt, singuli singularum suarum Ecclesiarum Fideles representent. Infirmum ergo plane est Turnelii argumentum, quod ex discrimine Concilii Ecclesiam representantis, et Beati Petri ejusdem personam gerentis deducit. Equidem et nos huius discrimen aliquod agnovimus, quod nempe Episcopi in Concilio Oecumenico Ecclesiam ut membra duntaxat referant, idque respectu fidelium sibi subditorum moraliter tantum; at

82. *Autoritas et Infalibilitas*

At Romanus Pontifex longe perfectius,
* Turnel. nempe vere et realiter ut Caput, cui
20.2.9.5.
a.2.p.333. Christus activam, supremam et infalibi-
lem tradidit regimini Ecclesiastici aucto-
ritatem, etiam in iis, quae ad fidem, mo-
res, ac communem omnium fidelium
salutem pertinent.

* Rom. 2.
p. 205. 70. Turnelius denique adducit * S. Patres,
Chrysostomum, Augustinum et Leonem,
"Qui docent s. inquit." Christum laudata
"oratione impetrasse Petro, ceterisque
"Apostolis constantiam firmitatem ac per-
"severantiam finalem in fide, tempore mi-
"rum passionis, quo gravissima tentatio
"ne pulsandi erant.

At cum haec interpretatio Bellarmini
sensum nullatenus excludat, patet, nec
quidquam eidem obesse. "Non dixit s. in-
quit S. Chrysostomus." ut non neges, sed ut
* Hom. 83.
in Math.
apud Turnel.
pag. 206. non deficiat fides tua, ut non profus perdat.
Patet autem, haec huius S. Doctoris verba
non modo de tempore passionis, sed de quo,
cumque alio intelligi posse. Sed ut huius
de passionis tempore S. Chrysostomum fuisse
locutum intelligat Turnelius; certum ta-
men est, hunc Sanctum Ecclesiae Doctorem
hanc Christi sententiam alibi tam ample
fuisse interpretatum, ut ejus verba ad S.
Petri Successores non referri non possint;
prout non demonstraturi sumus.

Sanctus vero Augustinus à Turnelio
* De civ. et civitatis haec habet: * "Quid rogavit nisi per-
grat. c. 6.
* cap. 8. severantiam usque in finem..... * Quando
"rogavit, ne fides ejus deficeret, quid aliud
"rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam
"fortissimam

"fortissimam, invictissimam, perseverantissimam
"nam voluntatem? Quae utique etiam
de alio, quam passionis, tempore intelligi
possunt.

Quantum ad S. Leonem, ut, amabo,
ea Turnelius pratermisit, quae S. Doctor
iste adruo loco subjungit? nempe quia
Emeriti Professoris nostri opinioni adver-
santur. Si ergo ibidem pergit S. Pontifex,
scilicet: "Cum itaque dilectissimi tantum no-^{serm. 3.}
"bis videamus presidium divinitus institutum, ^{de anis.}
"tum, rationaliter et iusta in Divinis nostri ^{ap. nunt.}
"meritis, et dignitate letamur, gratias agen-
"tes sempiterno Regi Redemptori nostro Iesu
"Christo, qui tantam poenitentiam dedit ei,
"quem totius Eulogia Principem fecit, ut,
"si quid etiam nostris temporibus recte per
"nos agitur, recteque disponitur, illius sit quae
"bernaulis deputandum, cui dictum est;
"Et tu converfus confirma fratres tuos p.

Hae an Turnelii expositioni favcant, an
Bedasmini, eorum, qui ratione et iudicio
utuntur, sententia relinquimus.

71. Tandem saepe memoratus Turnelius
ea omnia, quae tum ipse, tum Bedasminus
protulerat, paucis quasi lineis comprehensu,
suo istud sibi efformat argumentum: "Ideo
"errare non potest, cuius fides non potest
"deficere: atqui fides Petri deficere non
"potest. Distinguenda s. inquit, minor
"propositio: fides personalis Petri, pro qua
"rogavit Christus, deficere non potuit, verum
"est; fides Successorum Petri, quasi indefecti-
"bilitas

"bilitas fidei S. Petri ad illos foret trans,
"mittenda, negatur. Solutio patet ex dictis.

Sed profecto Solutio ista ex Turnelio
dictis nolita patet, ut non potius contrarium
ex iis, quae hactenus protulimus, atque
etiamnum profereamus, omnino manifestum
videatur.

Hanc itaque Doctoris huius
Sorbonici distinctiunculam non agnoscere
Veteres; Concilia, omnisque aetatis Do-
ctores, ut pote qui ad vitam Christi
sententiam et ad Petri Successores exten-
derunt, et in illa eorundem fidei inde-
fectibilitatem populerunt.

72. Non agnovit S. Chrysostomus, qui de
primis Apostolorum Concilio differens, "me,

* apud Petil.
Sicilian de
auct. et inf.
Sum. Pontif.
c. 3.

"vito / inquit: "primus Petrus omnem aucto-
"ritatem usurpat in negotio, ut qui omnes
"habet in manu, ad hunc enim dicit Christus
"et tu aliquando conversus, confirma fratres
"tuos.

Nihil, arbitrariis, negabit, haec
Sancti huius Doctoris verba ad ipsiusmet
Petri Successores referri debere. Namque
ipsismet Turnelius, ceterique Gallicani
Theologi ex primis Apostolorum Concilio
colligunt, praecipuas esse in Concilio
Romanorum Pontificum partes, quia
Sanctus Petrus, cuius sunt Successores,
Ibidem eandem in oblium impleverit.
Quae ergo S. Chrysostomus de totius Ec-
cliae Principe effatus est, non possunt
non intelligi de illius Successoribus Roma-
nis Pontificibus. Et quamvis in dicto
Concilio non nisi de surrogando in locum
infelicitatis

Summorum Pontificum p. stabilita p
 infelicius Iudae Apostolo actum sit, quia ta-
 men omnem auctoritatem usurpasse atque
 omnes in manu habuisse. Petrum dicit lau-
 datus S. Doctor, non obscure innuere vi-
 detur, Summos Pontifices ubique supre-
 mam habere auctoritatem, ac proinde
 esse indefectibiles.

73. A Turnelii rationibus etiam omni-
 no alienus fuisse videtur S. Ambrosius, qui
 in adductum Lucae textum hoc eloquitur:
 "ut scias, quia secundum hominem rogat,
 "divinitate imperat, habes in Evangelio,
 "quia Petro dixit: Ego rogavi pro te, ut non
 "deficiat fides tua. Haec autem ad
 Petri Successores referri debere declarant ea,
 quae idem S. Doctor subjungit: "Eidem au-
 tem / inquit: / supra dicenti; tu es Chri-
 "stus filius Dei vivi: respondit: Tu es Pe-
 "trus, et super hanc Petram aedificabo Ecle-
 "siam meam, et tibi dabo claves regni celo-
 "rum. Ergo qui propria auctoritate regnum
 "dabat, hujus fidem firmare non poterat,
 "quem cum petram dicit, firmamentum
 "Eclesiae indicavit? Vides, promissio
 huic ista Scriptura loca Ego rogavi, et
Tu es Petrus p, a S. Ambrosio usurpari; cum
 ergo ex omnium Catholicorum sententia
 hoc ultimum Christi essatum ad Petri Suc-
 cessores referatur, hique non levis ac idem
 Apostolorum Princeps Petra ac firmamentum
 Eclesiae sunt; non videtur, ut tota haec
 S. Ambrosij sententia ad eos referri non debeat;
 aut

* L. 4. de fid.
 ad grat. Imp.
 c. 3.

Aut forte Christus eorum fidem firmare non potuit, quos cum petram dixit, firmamentum Ecclesiae indicavit? Non utique ita S. Ambrosio visum est, quippe qui alibi, quod suo loco adnotabimus, ultro summorum Pontificum infalibilitatem agnovit.

74. S. Leonis Papa testimonium pro nostra memorati textus S. Lucae interpretatione jam supra laudavimus. Et sane ea, quae ex illo adduximus, aperte satis invehunt, idem Christi oratione Petri quoque Successoribus pro recte gerendo summi Pastoris officio in fide indefectibilitatis privilegium fuisse impetratum.

* Leon. 3.
De anis.
apud N.
Luc. p.

» Si quis inquit hic S. Pontifex? » recte
» per nos agitur, illius gubernaculis est
» deputandum, cui dictum est: Et tu conver-
» sis confirma fratres tuos..... Quod mine
» quoque procul dubio facit, et mandatum
» Domini pius Pastor exequitur confirmans
» nos exhortationibus suis, et pro nobis orare
» non cessans. Ina ratione autem or-
rare possit, quem B. Petrus suis exhorta-
tionibus confirmat, et pro quo orare non
cessat?

75. Ad hunc etiam Scriptura locum respici-
videtur Synodus Constantinopolitana
sub Memna Patriarcha, cum de S. Leone

* act. i.

haec elocuta est: » Qui fuit illuminator et
» Columna Ecclesiae, quique firmavit fide-
» les ut ambularent in recta sententia.

76. Stephano Dorensi Episcopo, à Sophro-
nis

no Hierosolymorum Antistite ad Pontificem
Delegato, ignota etiam fuit Turnelij Di-
stinctio: Sic enim Papam adortus est:

» Annuntiemus haec omnia omnibus pro-
»posito, Dico autem, Summa vestra, et
» principali Sedis, ad medicinalem sanitatem
» emerfi vulneris: quippe quoniam hoc po-
» testative olim et ab antiquis facere
» per Apostolicam, sive Canoniam consue-
» dit auctoritatem, dum... Petrus praei-
» que ac specialiter firmam pro omnibus
» habens in Dominum Deum nostrum et im-
» mutabilem fidem, convertere aliquando
» et confirmare exagitatos confortes
» suos et spirituales meruit fratres p.

tom. 6.
Concil.
p. 109.

77. Procul etiam a Turnelij opinione
fuit S. Agatho Papa; qui Epistola ad Im-
peratorem Constantinum Magonatum inter
alia sic loquitur:

» Haec est vera fidei regu-
» la, quam et in prosperis et in adversis, vi-
» venter tenit ac defendit haec spiritualis
» Mater vestri tranquillissimi Imperii Aposto-
» lica Christi Ecclesia, qua per Dei omnipoten-
» tis gratiam a tramite Apostolicae doctri-
» nationis nunquam evasse probabitur,
» nec hereticis novitatibus depravata suu-
» bit, Sed ut ab exordio fidei Christianae per-
» cepit ab authoribus suis Apostolorum Christi
» principibus, inlibata sine terminis permanet,
» secundum ipsius Domini Salvatoris Divinam
» potestatem, quam suorum Discipu-
» lorum

Bin. to. 3.
Concil.
in Conc. 6.
o. 1000.

» eorum Principi in sacris Evangelis factus est,
 » Petre, Petre, inquires, Eue Sathanas expe,
 » titur vos, sicut qui cribrat Tritium: Ego
 » autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua,
 » et tu aliquando conversus, confirma fra,
 » tres tuos. Consideret itaque vestra tran,
 » quida Clementia, quoniam Dominus et
 » Salvator omnium, cuius fides est, qui
 » fidem Petri non defecturam promisit,
 » confirmare eum fratres hos admonuit,
 » quod Apostolicis Pontifices, mea exigue,
 » tatis Praeceptores confidenter seuisse sem,
 » per, cunctis est cognitum: quorum et pu,
 » sillanimitas mea, licet impar et mini,
 » ma, pro suscepto tamen Divina digna,
 » tione Ministerio, persequa cupit eui,
 » gtere.

78. Neque ipsa Synodus VI. Generalis

* Bin. ut. loc. Turnelii distinctiunculam agnovit, et que
 Sess: VIII. et XVIII. hanc S. Athanasii Episto,
 lam miris encomiis commendavit, atque
 in ea, non tam Athanorem, quam S. Petri
 rorum laudum fuisse, palam edixit.

79. Neque ad Turnelii sensum hunc
 sacra Scriptura laudem intulit S. Grego,
 rius Magnus, cum ad eulogium Patriar,
 cham Alexandrinum sic inter alia scripsit

* l. 7. Ep. 40. » Quis nefiat sanctam Ecclesiam in Apo,
 » stolorum Principis soliditate firmatam,
 » qui firmitatem mentis traxit in nomi,
 » ne, ut Petrus à petra vocaretur? cui
 » veritatis voce dicitur; tibi dabo claves
 » Regni Coelorum: Cui rursus dicitur: Et
 » tu

Et tu aliquando conuersus confirma fratres
 tuos..... Itaque cum multi sint Apostoli,
 pro ipso tamen Principatu sola Aposto-
 licorum Principis Sedes in auctoritate con-
 ualuit, quae in tribus locis unius est.

80. Minus adhuc Turnelio suffragatur Adri-
 anus Papa, quid ad Imperatorem Carolum
 Magnum scribens hunc euangelista locum
 adhibet ad probandam supremam Summo-
 rum Pontificum auctoritatem: "Euan-
 gelium per inquit: "Scientibus liquet, quod vo-
 ce Dominica Sancto et omnium Apostolo-
 rum Principi Petro claves Regni Coelorum
 et totius Ecclesiae cura commissa est. Ipsi
 quippe dicitur, Petre amas me? pascere oves
meas. Ipsi dicitur, Eue Sathanas expeti,
ut cribrare vos sicut triticum, et ego pro
te Petre rogavi, ut non deficiat fides tua.

Et tu aliquando conuersus confirma
 fratres tuos..... Eue cura ei totius Ecclesiae
 et Principatus committitur, et ipse vires
 suas, Vicariis suis Pontificibus relinquer
 dignoscitur Ecclesiae curam gerendi..... pri-
 sciam Praedecessorum nostrorum Sancto-
 rum Pontificum sequimur Doctrinam,
 ueritate fidei traditionem modis omnibus
 seruauimus.

81. Hunc Scripturae locum etiam ad Petri
 Sauepores retulit Nicolaus I. Papa, quando
 Epistola ad uniuersum Clerum, et omnes
 Patriarchatus Constantinopolitani Episcopos
 inter alia haec eloquitur: "Quapropter ut
 diuinitus inspirata uestra sapientia uerit,
 cunctarum

* Conc. VIII.
 art. 7.

»cunitarum Christi ovium cura constringi,
 »mur, cum vices illius per abundantiam gra-
 »tia Coelestis geramus, cui specialiter à Deo
 »diatur. Et tu aliquando conversus confirma-
 »fratres tuos; non potuimus dissimulare, aut
 »negligere, quo minus visitaremus oves dispe-
 »sas et dissipatas, vel quo minus confirma-
 »remus in fide et bonis moribus fratres no-
 »stros et proximos.

82. Sanctus quoque Leo IX. Papa, adducto
 * Ep. i. ad memorato S. Cuius textu sic pergit: » Erit
 Michael. » ergo quisquam tanta demeritis, qui ora-
 Carolus. » tionem illius, cuius velle est posse, audeat
 Patriarch. » in aliquo vacuum putare? Nonne à Sede
 Ch. num. » Principis Apostolorum, Romanam videlicet
 » Ecclesiam, tam per eundem Petrum, quam
 » per suos Successores, convicta atque expu-
 » gnata sunt omnium Hereticorum com-
 » menta, et fratrum corda in fide Petri,
 » qua hactenus non defecit, neque in finem
 » deficiet, sunt confirmata. Haec iterum
 in alia ad Petrum Antiochenum Patriarchum

* Ep. 5.

Epistola repetit.
 83. Idem S. Leonis testimonium confirmat
 Gregorius VII. Papa hoc de Ecclesia Romana

* l. 8. Ep. i.
 ad Sinand.
 Archiep.

differens: » Qua per Beatum Petrum quasi
 » quodam privilegio ab ipsis fidei primordiis
 » à Sanctis Patribus omnium mater Ecclesia
 » rum adstruitur, et ita usque in finem
 » semper habebitur, in qua nullus unquam
 » Hereticus profuisse dignoscitur, nec un-
 » quam proficiendum, praesertim Domino
 » promittente confidimus.

84. Sed et Innocentius III. Papa Turnelii
 opinioni

opinionem omnino contrarius invenitur; Scribens enim ad Episcopum Arelatensem; "Maiores sicut inquit" eulogia causas, praesertim articulos fidei ad Petri Sedem referendas intelligit, qui novit pro eo Dominum ex parte, ne deficiat fides eius.

Et alibi; "Nisi sicut inquit" ego solidatus ^{serm. 2.} ^{in unferat.} ^{Pontif. Max.} esse in fide, quomodo populum alios in fide firmare? Quod ad officium meum non videtur specialiter pertinere, Domino protegente, Ego inquit, rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Rogavit, et impetravit: quoniam exauditus est in omnibus pro sua reverentia. Et ideo fides Apostolica Sedis in nulla unquam turbatione defecit, sed intacta semper et inlibata permansit, ut Petri privilegium perseveraret inconvulsum.

84. Neque Turnelli distinctionem agnovit Theodorus Studita, ut qui Papam hinc advoquitur: "Sibi dixit Christus; Et tu alius ^{apud Gennad.} quando conversus confirma fratres tuos..... ^{Defens. Conc. Florent. c. 5.} Vos igitur idem, fons ac sincerus, iam inde ab initio ^{fontis} verae fidei. Vos ab omni haereticorum procella longe positi, securus totius eulogia portus. Vos a Deo electa Civitas ad Salutis refugium.

85. Ad hunc etiam Scripturae locum utique videtur referre Hugo Uthvianus, quando ait: "Sicut antiquioris Roma Antistiti, ^{serm. lib. 3. c. 15.} neque licebit fratres confirmare, Decreta videre, videre interpretationes, sicuti alius quid obscure scriptum sit p.

Ignota

87. Ignota item fuit Anselmo Episcopo
 Avelsbergensi Turnelii Distinctio, quibus
 uolo XII. nomine Eulefia. Latina missus
 Constantinopolim, ut Eulefia ~~Latina~~
 Orientalis cum Occidentali unionem ten-
 eret, in colloquio habito cum Nestore
 Nicomediensi Artivite, inter alia haec
 * Spiuley. de Eulefia Romana elocutus est: " Unde
 to. 13. p. 204. Dominus Sicens alias Eulefias Haretica im-
 "pulsione nimirum vexandas, et Romanam
 "Eulefiam, quam ipse supra Petrum fun-
 "daverat, nunquam in fide debilitandam,
 "dixit Petro, Ego rogavi pro te, ut non de-
 "ficiat fides tua; et tu aliquando conversus
 "confirma fratres tuos; ac si aperte ei dicat
 "Tu qui hanc gratiam accepisti, ut alius in
 "fide naufragantibus, semper in fide immu-
 "bilis, et constans permanear, alias vanitas
 "tas confirma et corripe, et tanquam omnia
 "um provisor, et Doctor, et Pater, et Ma-
 "gister, omnium curam et sollicitudinem
 "gere. Euc vides quaslibet Hereses hu-
 "et ubique exortas à Petra fidei per Petrum
 "Apostolum collisas et destruitas; itaque
 "non solum ex praedictis, verum etiam ex aliis
 "multis Coniiliis per Orientem celebratis, necno-
 "etiam ex plurimis Africanorum Coniiliis, in
 "quibus varie Hereses damnatae sunt, con-
 "stat Romanam Eulefiam duo privilegia
 "divinitus habere, videlicet pra omnibus
 "in corruptam puritatem fidei, et super om-
 "nes potestatem iudicandi. Haec Anselmus
 Avelsbergensis nomine. Latina Eulefia. Ex
 quibus habetur, quorundam tunc temporis
 huius

huius Ecclesie mens fuerit, profecto longe
divefa ab ea, quam nunc galia induisse
videtur.

88. Eadem ratione hunc S. Lucae textum
interpretatus est Anselmus Luenfis, qui
adversus Antipapam Guibertum scribens:

"firmamentum / inquit / fidei Christianae * Bib. PP.
"..... ita Deus locavit, ut cum pro fide to. 12. p. 609.
"Petri, ne deficiat, à Christo oratum sit,
"unius scilicet Romani Patriarchae fides, in
"qua fratres suos confirmet, nunquam defi-
"ciat.

89. Aelredus Abbas Ricvalensis in Anglia.

veio ex eo textu omnimodam et idemita-
tam Summorum Pontificum in Ecclesia au-
toritatem deducit: "Haec est / inquit / Ecclesia * In Isaiam
"sua Romana, cui qui non communicat, Haec Prophet.
"retius est. Idcirco interest consulere omni-
"bus, judicare de omnibus, omnibus provide-
"re, ad quam in Petro vox ista dirigitur;
"Et tu aliquando convensus confirma fratres
"tuos. Quidquid ipsa statuerit, suscipio; ap-
"probo, quod approbaverit; quod damnave-
"rit, damno.

90. Idem sentit Jacobus De Vetrico. "Pa-

"tet / inquit / cum super hanc Petram, pro * Hist. Orient.
"qua Dominus rogavit, ut non deficeret fides c. 15.
"eius, post Christum edificata sit et fundata
"Christi Ecclesia, quod omnes, qui ab Ecclesia
"Romana recedunt, absque fundamento
"aedificant, in vanum laborantes, et ab eo,
"qui à Domino Cephas appellatus est, separa-
"ti, Acephali et monstruosi homines merito
"sunt reputandi.

91. Botho Abbas Brunensis hoc Scripturae tex-
tu

textu supremam Romanorum Pontificum
auctoritatem et potestatem demonstrat:

* De Domo
Dei. Bib. "In tota domo s. inquit" Solus Beatus Petrus
Bb. to. 21. "cum suis Successoribus plenitudinem potesta-

* lib. 3. p. 500. "tis accepit. Et infra: "Dispensatio: Ca.
"nonum: penes illum est, qui vicem Christi in
"terris agit, cui unicum Petro dicitur à Do-
"mino: Et tu aliquando conversus confirma
fratres tuos.

* ad an. 1116. 92. Abbas vero Ursbergensis in sua Historia
Basileensi. Papam sic de Sede Apostolica in
Synodo Romana loquentem adducit: "Eule-
"sia ista nunquam heresim habuit; imò hæc
"omnes hereses conquassata sunt. Pro hæc
"Eulesia oravit, cum dixit: Ego rogavi pro
"te Petre, ut non deficiat fides tua.

93. Nec pretereundus est Sanctus Bernardus,
Suis præclarum idem Sauli XII. Syrus. "Oportet
"tate s. inquit scribens ad Innocentium II.

* Ep. 190. Papam: "ad vestrum referri Apostolatium
"pericula quoque et scandala emergentia
"in regno Dei, et præsertim, quæ de fide
"contingunt; dignum namque arbitror,
"ibi potissimum reparari damna fidei, ubi
"non potest fides sine defectum. Hæc quip-
"pe prerogativa Sedis. cui enim alteri dicitur
"est; Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat
"fides tua? ergo quod sequitur à Successoribus
"re Petri exigitur: Et tu aliquando conversus
Suis, confirma fratres tuos. Hæc Sauli

duodecimo textus huius in Gallia, ut alibi,
expositio fuit; cui utique non consonat
ea, quam Turnelius nobis obtundere nititur.

94. Contra eundem Turnelium Sauli XIII.
et sequentium Scriptores hanc Christi sen-
tentiam

tentiam exposuere; Ad eam enim Albertus
magnus, ~~refertur in eadem~~ "Hoc
argumentum inquit" ^{efficax est pro Sede} ^{apud Petri.}
"Petri et Successore ejus, quod fides ejus ^{De Infalib.}
inter non deficiat." ^{c. 12.}

95. S. Thomas vero; "Novas autem" ^{editio Sym.} ^{i. 2.}
"boli necessaria est ad evitandum infirmitatem" ^{q. 1. a. 10.}
"tes errores. Ad idius ergo auctoritatem per-
"tinet editio novi Symboli, ad cuius aucto-
"ritatem pertinet finaliter Determinare
"ea, que sunt fidei, ut ab omnibus in con-
"fessa fide teneantur. Hoc autem pertinet
"ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem
"maiores et difficiliore ~~causa~~ ^{quæstio}
"nes referuntur, ut dicitur in Decret. l. de
"Bapt. c. Majores. Unde et Dominus Petro
"dixit, quem Summum Pontificem con-
"stituit. Ego rogaro pro te Petre, ut non de-
"ficiat fides tua; Et tu aliquando conversus
"confirma fratres tuos p.

96. In eundem sensum locum istum Sa-
culi XIV. etiam trahit Universitas Parisien-
sis, sic enim tunc loquebatur: "Quidquid" ^{in Consist.}
"... auctori, aut dicturi Summi, totum ^{apud Clem. V.}
"oniet iudicio Sedis Apostolicae et Sedentis ^{Bulens}
"in ea Summi Pontificis humiliter submi- ^{Hist. Univ.}
"ttimus; dicentes cum B. Hieronymo 24. q. 1.
"Hæc est fides, Ceter Beatissima, quam in
"Catholica Eulefia didicimus, in qua si mi-
"nus perite aut minus cautè forte aliqui
"positum est, emendari petimus à te, qui
"Petri fidem et Sedem tenes. Non ignora-
"mus enim, Te firmissimè tenemus, et nulla
"tenus dubitamus, quod Sancta Sedes Apo-
"stolica

96 *Autoritas et Infalibilitas*

»stolia est illa Cathedra Petri, supra quam,
 »eodem Hieronymo teste, fundata est Eule-
 »sia, ut habetur eadem q. in C. Quoniam.
 »vetus. Et sicut dicit Cyprianus 93. Dist.
 »Qui Cathedram. De qua Sade in persona
 »Petri Apostoli in ea Sedentis dictum est,
 »Petre rogavi pro te, ut non deficiat fi-
 »des tua; Luc. 22. Haec est igitur ad
 »quam determinatio fidei, et approbatio
 »veritatis Catholica, ac haeretica impietatis
 »detestatio maxime pertinet.

97. Eodem saeculo Joannes Blaja Doctor
 * in Dist. Sorbonicus: »Romana s. inquit, »Sedis judi-
 25. q. 4. »cium, in his qua fidei sunt, et ad humanam
 »salutem necessaria, errare nequit, quod pro-
 »batur ex promissione Salvatoris Luc. 22.
 Occurrens deinde objectioni, quod locus iste de
 universa Ecclesia intelligi debeat: »Ad repli-
 »cam s. inquit, »respondetur, regando antea.
 »Sens: immo necessarium est dicere, quod
 »non intelligitur de Universali Ecclesia: nam
 »subjungitur: Et tu aliquando conversus con-
 »»firmas fratres tuos: idcirco D. Cyrillus,
 »et D. Anystomus, et D. Leo, et B. Agatho,
 »et D. Bernardus, et Anselmus, et Albertus
 »Magnus, et D. Thomas glossant prefatam
 »autoritatem de Ecclesia Romana, ut dis-
 »tinguitur ab aliis Ecclesiis.

98. Eadem propter ratione. Leonardus Co-
 quens Doctor Sorbonicus proterito adhuc
 saeculo hanc Christi sententiam interpreta-
 * in anti, monaco tus est: »Cum Romanus Pontifex s. inquit,
 to. 2. p. 239. »seleat in Cathedra Petri, pro qua Dominus
 »rogavit, ut non deficeret fides ejus; et ut
 »confirmaret

» confirmaret fratres suos; non sinit eum
» in illa Cathedra aliquem errorem loco fidei
» salutifera obtrudere fidelibus credendum.

99. Demum anno 1651. octoginta quinque
Gallicani Episcopi ex isto Luc. 22. textu
satis aperte Papa in fide indefectibilitatem
deduxerunt, hoc inter alia ad Innocenti-

um X. scribentes: » Majores causas ad Sedem
» Apostolicam referri solemnis Eclesie mos est,
» quem fides Petri nunquam deficiens perper-

» tuo retineri pro suo jure postulat. Acquisi-
» ma huic legi obsequentes, de gravissimo circa
» Religionem negotio Sanctitati tue scriben-

» dum esse censuimus. Expertam est super Bea-
» titudo vestra, quantum Apostolica Sedis in
» gemini Capituli errore profligando valuerit
» auctoritas. continuo Sedata est tempestas,
» aequae ad Christi vocem venti et mare obedie-

» runt.
100. Et in Epistola gratulatoria ad eum
dem Pontificem anno 1653. scripta ajunt;

» ex Christi pollicitatione Petro facta posse
» tum habere Eclesiam Catholicam, Judicia
» pro sananda regula fidei a Summis Ponti-

» ficibus lata, Super Episcoporum consulta-
» tione, divina aequae ac Summa per uni-
» versam Eclesiam auctoritate niti, cui Chri-

» stiani omnes ex officio, ipsius quoque mentis
» obsequium prestare teneantur.
Profecto his binis Epistolis Gallicanos
Episcopos tum agnovisse Summorum Ponti-
ficium infallibilitatem super promissione
Christi Petro facta Luc. 22. fundatam com-
munis

Receuil.
De Bullas
pag. 71.
et memoires
du Clergé
de France
to. 1. p. 222.
apud Tourn.
trait. De Ecl.
to. 1. q. 3. ar.
pag. 328.

* Receuil de
p. 29. et
memoires p.
to. 1. p. 235.

munis erat in Gallia omnium opinio; Unde graves illa Jansenii fautorum aduersus hos Episcopos querela; quod nempe libertates gallicanas violassent, quarum Caput voluit Romani Pontificis in de, finiendis fidei et morum questionibus defectibilitatem.

Caput tertium

Expenditur locus Matthaei 16. v. 18.

I. Secundus locus, quem ex Scriptura ad dicunt Infalibilitatis Pontificia Defensores, legitur Matth. 16. v. 18. ubi Christus, postquam Discipulos suos interrogasset, quem ipsum esse dicerent, Petro respondenti, tu es Christus filius Dei vivi, ait: » Beatus » es Simon Bar-jona, quia caro et sanguis » non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in » Coelis est; et ego dico tibi, quia tu es Pe- » trus, et super hanc petram aedificabo Ec- » clesiam meam, et porta inferi non preva- » lebunt aduersus eam; et tibi dabo claves » Regni Coelorum, quodcumque solveris super » terram, erit solutum et in Coelis, et quod- » cumque ligaveris super terram, erit ligatum » et in Coelis p.

II. Ex hoc textu, breue huiusmodi confi- citur argumentum. Petrus hic et eius Successores Romani Episcopi, quod omnium Catholicorum sententia est, constituuntur Petra, et fundamentum totius Ecclesiae, quam